GEORGII
CODINI
EXCERPTA
DE
ANTIQUITATIBUS
CONSTANTINOPOLITANIS.

GEORGII CODINI
ET ALTERIUS CUJUSDAM ANONYMI
EXCERPTA
DE ANTIQUITATIBUS
CONSTANTINOPOLITANIS,

Edita in lucem opera & ſtudio

PETRI LAMBECII HAMBURGENSIS:
cum Latina verſione, & Animadverſionibus neceſſariis.

ACCEDUNT MANUELIS CHRYSOLORÆ EPISTOLÆ TRES
de comparatione veteris & novæ Romæ.

ET IMP. LEONIS COGNOMINE SAPIENTIS ORACULA
cum Figuris, atque antiqua Græca Paraphraſi.

Addita eſt etiam Explicatio Officiorum ſanctæ ac magnæ Eccleſiæ, juxta eorum ordinem,
Interprete BERNARDO MEDONIO *Toloſate*.

VENETIIS,
EX TYPOGRAPHIA BARTHOLOMÆI JAVARINA,
M. DCC. XXIX.

EMINENTISSIMO

ET REVERENDISSIMO PRINCIPI

FRANCISCO BARBERINO,

S. R. E.

CARDINALI,

DOMINO MEO SUMMA OBSERVANTIA COLENDO,

PETRUS LAMBECIUS S.

MULTA *sunt*, EMINENTISSIME PRINCEPS, *quæ homini ad immortalem gloriam aspiranti viam prabent; verum aut me amor propriæ opinionis fallit, aut ulla nec honestior, nec compendiosior potest reperiri, quam vel ipsa eruditio, vel quæ eruditis exhibetur benevolentia & benignitas. Harum altera quibuscumque egenis & obscuris terræ filiis ad summam laudem aditus patet; dummodo natura aptam iis non denegarit indolem, nec ipsi profectui suo debita diligentia, famæ autem legitima non desint ambitione. Altera illis dumtaxat ad claritudinem pervenire licet, quibus eam generis, potentiæ, & fortunarum amplitudinem largiri Deus voluit, ut protegere alios possint & sustentare. Illi*

ergo hos colunt, ut necessariis ad studia adminiculis potiantur: hi contra illos fovent, ut monumentis litterarum nominis & virtutis suæ memoria apud posteros celebretur; ita utrique per se indigentes, alteri alterorum vigent auxilio. Quare beatissimos ego semper existimavi, qui hanc velut omnibus numeris perfectam felicitatem consecuti sunt, ut pariter splendidissimo vitæ statu, & merito haud vulgaris eruditionis venerabiles sint atque conspicui. In his Te numero, EMINENTISSIME PRINCEPS, *qui cum majestate sacræ purpuræ, & Pontificalis familiæ prærogativa, satis sine ullo aliunde petito splendore fulgeas: adeo tamen litterarum studio inter publica tantæ dignitatis munera & fuisti semper, & etiamnunc es deditus; ut cum iis, qui tota vita aliud nihil egerunt, jure & audacter de multifariæ scientiæ palma possis contendere. Testatur enim hoc ditissima tua lectissimaque Bibliotheca, qua post Vaticanam nihil Roma perfectius habet, aut magnificentius: testatur haud exiguus præstantium ingeniorum numerus, quibus aula tua numquam non fuit exornata: testatur publicum doctissimorum virorum de Te judicium, qui sæpe gravissimarum quæstionum arbitrium Tibi detulerunt. Quod cum ita sit, abunde, ni fallor, apparet, quibus ego nunc causis impulsus, volumen hoc Originum Constantinopolitanarum Eminentissimo nomini tuo dedicare audeam. Nempe jam primum minime dubito, quin pro singulari tuo erga litteras affectu, quicquid hoc munusculi litterarii est, lætissimo vultu sis excepturus: deinde præcavebo hac dedicandi ratione, ne exprobrari mihi possit, quod olim Anacharsin Philosophum in Græcorum ludis improbasse refert Laertius;* ἀγωνίζεσθαι μὲν τοὺς τεχνίτας, κρίνειν δὲ τοὺς μὴ τεχνίτας. *Certum denique habeo, obtensam nominis tui auctoritatem non honori tantum laboribus meis fore, sed & præsidio adversus malevolorum improbas detrectationes. quod videlicet nemo sanus ea lacessere ausurus quæ Tibi optimo acerrimoque scriptorum Censori probantur. Et hæ quidem præcipuæ ex iis sunt, quas cum omnibus eruditis communes habeo causas, cur Tibi potissimum,* EMINENTISSIME PRINCEPS, *quicquid hoc & qualecumque est libri, merito ac lubens consecrem: insuper vero alias multas privatim habeo, quas domesticas appellare lubet; easque tanto cæteris graviores existimo, quanto vehementius* ἀχαριστίας *crimen subire vereor. Etenim repetenti mihi memoriam omnis ejus temporis, quod studiorum causa exteris regionibus perlustrandis impendi, vix ullus occurrit dies, qui singulari aliquo tuo in me collato beneficio non sit notabilis. Advenientem me primum Lutetiam humanissime per eos, qui tum rebus tuis agendis ibi præerant, excipi curasti. Mox ipse Lugduno reversus, participem me fecisti mensæ; admisisti inter intimos; &, ut paucis omnia complectar, tanto me prosecutus es affectu, ut majorem ab avunculo non potuissem desiderare. Eamdem benevolentiam Romæ postea expertus sum, ubi integrum biennium in aula tua commoranti mihi, ea videndi multa & discendi fuit occasio; ut vere gloriari possim, plus me in luce illa & strepitu aulico, quam in ullo Academiæ recessu & umbra profecisse. Reversus deinde in Galliam, incredibile memoratu est, quantam ex commendatione tua cum aliis multis locis utilitatem perceperim; tum vero imprimis Tolosæ, cujus urbis illustrissimus Archiepiscopus Dn.* CAROLUS DE MONTCHAL, *vir sanctitatis simul, & prudentiæ, & eruditionis rarissimæ, continuos octo menses in palatio suo plus quam paterna liberalitate & cura me tractavit. Plura ejus generis addere inconveniens esse credo & superfluum: tum quod ipsa hæc beneficiorum enume-*

ratio quid nescio videatur habere levitatis & arrogantiæ; tum quia vel ex minimo eorum, quæ jam dicta sunt, satis superque elucet, quanta obligationis necessitate Tibi sim devinctus. Accipe igitur, EMINENTISSIME PRINCEPS, *& boni consule qualemcumque hunc juvenilis diligentiæ meæ fructum, quo pariter & gratitudinem meam Tibi studeo declarare, & quanti faciam judicii tui acumen, & auctoritatem nominis. Quod si forte nonnusquam editionem minus feliciter curatam deprehendes; ignoscas velim, & benigne reputes, ex quo hæc Lutetiæ absoluta reliqui, triennium jam præteriisse; ideoque quicquid sub prælo commissum est erroris, absentiæ meæ esse tribuendum.* VALE.

Dabam Hamburgi prid.
Id. Decembr. M.DC.LIII.

INDEX AUCTORUM,

QUI IN GEORGII CODINI ET ALTERIUS ANONYMI

Excerptis de Antiquitatibus CP, citantur.

ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΚΩΔΙΝΟΥ

ΠΑΡΕΚΒΟΛΑΙ

ΕΚ ΤΗΣ ΒΙΒΛΟΥ ΤΟΥ ΧΡΟΝΙΚΟΥ

περὶ τῶν πατρίων τῆς Κωνσταντινουπόλεως.

GEORGII CODINI

EXCERPTA

EX LIBRO CHRONICO

de Originibus Constantinopolitanis.

1. ΦΑΣΙ μὲν τινες Ἀργείους πρώτους τῇ θεῷ χρησάσῃ, A

Ἔνθα δύο σκύλακες διερὴν μάρπτουσι θάλασσαν,
Ἔνθ' ἰχθὺς, ἔλαφός τε νομὸν βόσκουσι τὸν αὐτὸν,

πήξασθαι τὰς οἰκήσεις ἐν ἐκείνῳ τῷ χωρίῳ ἐν ᾧ Κύδαρός τε καὶ Βορβύζης ποταμοὶ τὰς διεξόδους ποιοῦνται· ὁ μὲν τῶν ἀρκτῴων, ὁ δὲ τῶν ἑσπερίων προρρέοντες, καὶ κατὰ τὸν τῆς Σεσιμήτρης νύμφης βωμὸν τῇ θαλάττῃ μιγνύμενοι. Ἐπεὶ οὖν κατὰ τὴν εἱμαρμένην ἀφίκοντο, καὶ θυσίαν τοῖς ἐγχωρίοις ἐξιλάσκοντο δαίμοσι, κόραξ τῆς ἱερουργίας ὑφαρπάσας βραχὺ μέρος, εἰς ἕτερον μετέθηκε τόπον, ὃς ἔχει τὴν Βοσπόρου προσηγορίαν· βουκόλου δὲ τοῦ ὄρνιθος ὑποδείξαντος πτῆσιν, ἀφ' οὗπερ καὶ Βουκολία ἐκεῖνο τὸ χωρίον ἐκλήθη. Ἕτεροι δὲ τῆς Μεγαρίας ἱστόρησαν, ἀπὸ Νίσου τῆς νῦν καταγωνίας, εἴσπλουν ἐν αὐτῷ ποιησαμένους τῷ τόπῳ ὑφ' ἡγεμόνι Βύζαντι, οὗπερ τὴν προσηγορίαν μυθεύουσι τῇ πόλει προσγραφῆναι. οἱ μὲν οὖν διαφόροις ἐχρήσαντο λόγοις. ἡμεῖς δὲ πιθανὴν τὴν ἱστορίαν τοῖς θέλουσι παραδώσομεν, ἐκ τῆς Ἰνάχου θυγατρὸς Ἰοῦς τὴν ἀρχὴν ποιούμενοι. B

2. Ἰνάχου γὰρ τοῦ Ἀργείων βασιλέως γέγονε θυγάτηρ Ἰώ. ταύτης δὲ τὴν παρθενίαν ἐφύλαττεν Ἄργος, ὃν πολυόμματον λέγουσιν. Ἐπεὶ δὲ Ζεὺς ἐρασθεὶς τῆς κόρης, πείθει τὸν Ἑρμῆν δολοφονῆσαι τὸν Ἄργον. λυθείσης αὐτῇ τῆς παρθενίας ὑπὸ Διὸς εἰς βοῦν μετετράπετο. Ἥρα δὲ χολωθεῖσα τῷ γενομένῳ, οἶστρον ἐπιπέμπει τῇ δαμάλει, καὶ διὰ πάσης ἐλαύνει τῆς ξηρᾶς τε καὶ ὑγρᾶς. Ἐπεὶ δὲ πρὸς τὴν

FERUNT Argivos primum oraculo Pythiæ monitos,

Hic ubi miscentur madido duo flumina ponto,
Cervus ubi & piscis vescuntur pabulo eodem:

suas fixisse sedes eo in loco, in quo Cydarus & Borbyaes fluvii, quorum alter ab arcto, alter ab occasu venit, apud aram Sesimetræ nymphæ mari miscentur. Cum igitur fato eo delati sacrificio indigenis diis litarent, corvus particulam victimæ subreptam alium in locum deportavit, qui Bosporus cognominatur: pastore volatum avis indicante, unde & Bucolia locus ille vocatus est. Alii vero memoriæ prodiderunt, Megarenses, a Niso genus ducentes, illic appulisse, duce Byzante, a quo etiam urbi nomen inditum esse volunt. Illi igitur diverse hac de re narrant: nos vero historiam cognoscere cupientibus, quod vero simile est, commemorabimus, ab Jo Inachi filia initium facientes. Inachi enim Argivorum regis filia fuit Jo: hujus virginitatem custodiebat Argus, quem multoculum fuisse ajunt. Ast ut Jupiter puellæ amore captus; Mercurio auctor fuit, ut dolo Argum occideret, ipsam imminuta virginitate in vaccam mutavit. Quamobrem indignabunda Juno, œstro juvencam stimulavit, & per

Edit. Par. pag. 1.

omnes terrarum marisque tractus circumegit. At ubi in Thraciam pervenit, Bospori nomen ei loco reliquit. Inde progressa est ad Cydari & Borbyzæ confluentes, ejusque loci multa incolis futura prædixit, atque Ceroessam peperit, a qua locus iste Ceras nuncupatur. Alii nominis causam ad situm loci potius referunt: alii ob fructuum abundantiam Amaltheæ capræ cornu appellant. At Ceroessa adulta, & incredibili pulchritudine cæteras omnes Thraciæ virgines longe antecellens, ex congressu Neptuni Byzantem peperit, ita nominatum a nympha Byze, quæ illum in Thracia enutriverat: cujus aquas ad hoc usque tempus cives hauriunt. Hic igitur juvenis ubi ad ætatis florem pervenit, dum moraretur in Thraciæ montibus, feris & barbaris juxta metuendus, per legatos a loci dominis ad amicitiam societatemque invitatus est. Cumque eum Melias Thraciæ rex ad feræ certamen ablegaret, & victor inde cum gloria reversus Byzas, devictum taurum Diis patriis offerret ad fluminum illorum quæ diximus concursum, apparens derepente aquila victimæ cor abripuit; & ad extremum Bospori littus avolans, subsistit e regione Chrysopoleos, quam Chryses Agamemnonis e Chryseide filius, post necem patris, Clytemnestræ insidias fugiens, & Iphigeniæ quærendæ intentus, sepulcri sui monumentum indigenis reliquit, cum mors illic eum occupasset. Cæterum Byzas in extremitate Bosporii maris urbem designavit, & Neptuno Apollineque, ut fertur, adjuvantibus, mœnia omni prædicatione excellentiora exstruxit. Septem enim turres ita coaptavit, ut loqui inter se & responsare viderentur. Quippe si tubæ, aut alius aliquis sonus turres illas percuteret, altera alteri sonum ad ultimam usque transmittebant. Est & aliud, quod ab harum rerum scriptoribus memoriæ proditum, minime silentio præteribimus: turrim scilicet, quæ Herculis nuncupatur, hostium arcana civibus prodere solitam narrant. Absoluto muri ambitu, delubra quoque condidit: & Rheæ quidem templum, & simulacrum in loco nuncupato Basilicæ erexit, quod etiam ut Fortunæ fanum a civibus colebatur. Neptuni quoque templum juxta mare exstruxit, ubi nunc Menæ Martyris ædes est: Hecates autem, ubi Hippodromus: Dioscurorum Castoris, & Pollucis, ad fluminum confluentes, in quo etiam a morbis homines liberabantur. Prope Strategium Ajaci, & Achilli aras erexit, ubi etiamnunc thermæ, cognomento Achilleæ sunt. Præterea Amphiarao vati in regione Sycæna, quæ a ficubus nomen habet, ædem dedicavit; & aliam Veneri paulo supra Neptuni fanum: Dianæ vero, & Minervæ ad montem Veneris. Urbe sic constituta, supererat ut incurrentes Barbaros submoveret, & imprimis Hæmum Thraciæ tyrannum, qui ad Byzantis urbem progressus, ipsoque Heroe ad pugnam provocato, cuncta vastare decreverat. Cæterum Byzas, non exspectato adventu Barbari, singulari certamine eum adortus in monte co-

Edit. Paris. pag. 3.

A Θρακῶν ἀφίκετο χώραν, ὄνομα μὲν τῷ τόπῳ κατέλιπε Βόσπορον. αὐτὴ δὲ πρὸς τὸ καλούμενον κέρας ἐπανελθοῦσα, καθ᾽ ὃ ὁ Κύδαρός τε καὶ Βαρβύζης συμμίγνυνται, τοῖς ἐνοικοῦσι προθεσπίζουσα τὰ ἐσόμενα, τὴν λεγομένην Κερόεσσαν ἀπεκύησεν, ἐξ ἧς καὶ Κέρας ὁ τόπος ὠνόμασται. ἄλλοι δὲ μάλιστα τῇ θέσει τῆς χώρας τὸ ὄνομα προστιθέασιν· οἱ δὲ τῇ τῶν καρπῶν εὐφορίᾳ, τὸ τῆς Ἀμαλθείας αἰγὸς κέρας προσαγορεύουσιν. Ἡ τοίνυν Κερόεσσα τραφεῖσα καὶ παραδόξῳ μορφῇ λαμπρυνθεῖσα, πολὺ τὰς Θρακίας ὑπερέβαλλε παρθένους. τῷ δὲ θαλαττίῳ μιγεῖσα Ποσειδῶνι, τίκτει τὸν καλούμενον Βύζαντα, τὸ ὄνομα λαβόντα ἐκ τῆς θρεψάσης αὐτὸν κατὰ τὴν Θρᾴκην νύμφης Βύζης, ἧς μέχρι καὶ νῦν οἱ πολῖται τῶν ὑδάτων 3.

B ἀρύονται. Ὡς δὲ ἐπὶ τῆς ἀκμῆς τῆς ἡλικίας ὁ νέος ἔβαινε, καὶ τοῖς Θρᾳκίοις ἐνδιέτριβεν ὄρεσι, φοβερὸς πρὸς τοὺς θῆρας καὶ τοὺς βαρβάρους φερόμενος πρεσβείας ἐδέχετο ὑπὸ τῶν τοιούτων, σύμμαχος αὐτοῖς εἶναι καὶ φίλος προτρεπόμενος. Ὡς δὲ καὶ Μελίας ὁ τῶν Θρᾳκῶν βασιλεὺς αὐτὸν ἐπὶ τὸν τοῦ θηρὸς ἆθλον μετεπέμψατο, καὶ τὰς ἐξ αὐτοῦ δόξας ὁ Βύζας ἀπηνέγκατο, τὸν ὑπαχθέντα ταῦρον τῇ ἱερουργίᾳ προσφέρων, καὶ τοὺς πατρῴους ἐξιλασκόμενος δαίμονας, κατὰ τὴν τῶν εἰρημένων ποταμῶν σύμμιξιν, ἀετὸς ἀθρόως φανεὶς, τὴν καρδίαν ὑφαρπάζει τοῦ θύματος, καὶ κατὰ τὴν ἄκραν τῆς Βοσπορίας ἀκτῆς ἀποπτὰς, ἔστη ἄντικρυς τῆς Χρυσοπόλεως, ἣν Χρύσης ὁ παῖς ἐκ Χρυσηΐδος γεγονὼς τοῦ Ἀγαμέμνονος, φυγὼν τὴν τῆς Κλυ-

C ταιμνήστρας ἐπιβουλὴν, μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς ἀναίρεσιν, καὶ πρὸς τὴν τῆς Ἰφιγενείας ζήτησιν ἐπειγόμενος, μνῆμα τῆς ἑαυτοῦ ταφῆς, τοῖς ἐγχωρίοις τὸ ὄνομα τοῦτο κατέλιπε, φθασάσης αὐτὸν ἐκεῖ τῆς τοῦ βίου καταστροφῆς. ὁ μὲν οὖν Βύζας κατὰ τὴν ἄκραν τῆς Βοσπορίας ἁλὸς διέγραψε πόλιν· Ποσειδῶνος δὲ καὶ Ἀπόλλωνος, ὥς φασι, συνεργούντων, ἀνῳκοδόμει τὰ τείχη, λόγου τε παντὸς κρείττονα μηχανώμενος. τοὺς γὰρ ἐν αὐτῷ πύργους ἑπτὰ ὄντας ἀντιφθέγγεσθαι τὸ καὶ διηχεῖν ἀλλήλοις συνήρμοζεν. εἴποτε γὰρ σάλπιγξ ἢ φωνή τις ἑτέρα τοῖς πύργοις ἐπεφοίτα, ἕτερος ἐξ ἑτέρου τὸν ἦχον μετεδίδου, καὶ τῷ πρὸς τὸ πέρας κειμένῳ παρέπεμπον. Ἀλλὰ μὴν, καὶ ἄλλο τι τοῖς ταῦτα συγγράψασιν εἰρημένον οὐ παραλείψομεν. τὸν γὰρ Ἡρακλέους πύργον ἱστάμε-

D νον ἐντὸς τοῦ τείχους, τὰ τῶν πολεμίων μεταδιδόναι μυστήρια λόγος ἦν. μετὰ δὲ τὴν τοῦ τείχους στεφάνην, καὶ τὰ τεμένη τῶν Θεῶν ἀπειργάζετο. Ῥέας μὲν κατὰ τὸν τῆς Βασιλικῆς λεγόμενον τόπον, ναόν τε καὶ ἄγαλμα καθιδρύσατο, ὅπερ Τυχεῖον τοῖς πολίταις τετίμητο. Ποσειδῶνος τὸ τέμενος πρὸς τῇ θαλάσσῃ ἀνήγειρεν, ἔνθα νῦν ὁ τοῦ μάρτυρος Μηνᾶ οἶκος διακατέσκευασται. Ἑκάτης δὲ κατὰ τὸν νῦν τοῦ ἱπποδρομίου τόπον. τῶν δὲ Διοσκούρων Κάστορός τε, καὶ Πολυδεύκους, ἐν τῇ τῶν ποταμῶν μίξει, ἐν ᾧ καὶ λύσις τῶν παθῶν τοῖς ἀνθρώποις ἐγίνετο. ἐγγὺς δὲ τοῦ καλουμένου Στρατηγίου, Αἴαντός τε, καὶ Ἀχιλλέως βωμοὺς ἀνέθηκεν, ἔνθα καὶ νῦν τὸ τοῦ Ἀχιλλέως χρηματίζει λουτρόν. Ἀμφιάρεως δὲ τοῦ ἱερέως ἐν ταῖς λεγομέναις Συκαῖς ᾠκοδόμησε ναὸν, οὗ τὴν ἐπωνυμίαν ἐκ τῶν 5.

E συκοφόρων δένδρων ἐδέξατο. ἀνωτέρω δὲ τοῦ Ποσειδῶνος ἱεροῦ τὸ τῆς Ἀφροδίτης προσαγορεύεται τέμενος. Ἀρτέμιδος δὲ, καὶ Ἀθηνᾶς πρὸς τὸ τῆς Ἀφροδίτης ὄρος. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα πρὸς τὴν ἑαυτοῦ διεπράξατο πόλιν, ἐχρῆν λοιπὸν τοὺς ἐπιόντας αὐτῇ ἀπωθῆσαι βαρβάρους, καὶ μάλιστα τὸν Αἵμονα, ὃς τύραννος Θρᾴκης ὢν, καὶ πρὸς αὐτὴν ἥκει τὴν τοῦ Βύζαντος πόλιν· τὸν δὲ τὸν ἥρωα προσκαλούμενος εἰς μάχην, καὶ διαπορθεῖν ἅπαντα προθυμούμενος· οὐχ ὑπομείνας τὴν ἔφοδον τοῦ βαρβά-

ρυ Αἵμονος, πρὸς μόνον διαγωνίζεται, καταβάλλει τὸν A
Αἵμονα ἐπὶ τὸν ὁμώνυμον αὐτοῦ λόφον. ὁ μὲν οὖν Βύζας
μετὰ τὴν εἰρημένην νίκην ὡς ἐπὶ τὴν Θρᾴκην ἤλαυνε τοὺς πο-
λεμίους· Κρύσης δὲ ὁ τῶν Σκυθῶν βασιλεύς, περαιωθεὶς
τὸν Ἴστρον, καὶ πρὸς αὐτὸν διελθών, ἐπολιόρκει τὰ τῆς πό-
λεως τείχη, πρὸς ὃν καὶ ἡ τοῦ Βύζαντος γυνή, μηδὲν καταλογι-
σαμένη τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων, τῇ γυναικείᾳ χειρὶ χρη-
σαμένη, διηγωνίζετο, σοφισαμένη τὸν βάρβαρον τῇ τῶν δρα-
κόντων συμμαχίᾳ. οὓς γὰρ κατὰ τὴν πόλιν ὄφεις, εἰς ἓν τῶν χω-
ρίων συλλαβοῦσα, ἐφρούρει, ἀθρόως τοῖς ἐναντίοις ἐπιφα-
6. νεῖσα, καὶ δίκην βελῶν ἀκοντίων ἔπεμπε τὰ θηρία, καὶ πλεί-
στους καταλυμηναμένη, τούτῳ τῷ τρόπῳ διέσωσε τὴν πόλιν.
ἐντεῦθεν τοίνυν ἀρχαῖος μῦθος φέρεται, μὴ δεῖν τοὺς κατὰ τὴν
πόλιν ἁλισκομένους ὄφεις ἀπολλύειν, οἷα εὐεργέτας αὐτῆς B
γενομένους. οὐ μετὰ πολὺν χρόνον Στρόμβος ἀνὴρ τοὔνομα, καὶ
αὐτὸς ἐκ Κεροέσσης τεχθείς, πόλεμον ἐπιφέρει τῷ Βύζαντι,
πολλὴν ἐπαγόμενος δύναμιν. ἐκινεῖτο τοίνυν ἅπαντα τὰ
Σκυθικὰ γένη· συνέτρεχον δὲ καὶ οἱ τῆς Ἑλλάδος κρατοῦντες,
καὶ Ῥοδίων οὐκ εὐκαταφρόνητος δύναμις· ὅ, τε τῆς γείτονος
Χαλκηδόνος τοπάρχης Διναιός, ἐκ Μεγάρων ἄποικος ἐκεῖ-
σε γενόμενος, ιθ. ἔτεσιν ἔμπροσθεν τῆς Βύζαντος αὐταρχί-
ας. Χαλκηδὼν δὲ ὠνόμασται τὸ χωρίον, ὡς μέν τινές φασιν,
ἀπὸ τοῦ Χαλκηδόνος ποταμοῦ, ὡς δὲ ἕτεροι, ἀπὸ τοῦ παιδὸς
Κάλχαντος τοῦ μάντεως, ὕστερον τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου γενομέ-
νου· ἄλλοι δὲ ἀπὸ Χαλκίδος πόλεως τῆς Εὐβοίας, ἀποίκων
ἐκεῖσε παραπεμφθέντων, οὓς δὴ καὶ τυφλοὺς ἐκάλεσαν, πα-
ρεωρακότας τὸ Βυζάντιον. ὡς δὲ οὖν σὺν πλείοσι ναυσὶν ὁ Δι- C
ναιὸς εἰς συμμαχίαν ἧκε τοῦ Βύζαντος, μὴ δυνηθεὶς προσορ-
μῆσαι τῇ πόλει, ἄρτι τοῦ βασιλέως αὐτῆς Βύζαντος μεταλλά-
ξαντος, καὶ τοῦ δήμου παντὸς ἐν ἀγωνίᾳ τυγχάνοντος, πρὸς τὸν
7. καλούμενον Ἀνάπλουν ἀφίκετο, ἔνθα καὶ διατρίψας Ἑστίαν τὸν
τόπον ὠνόμασε. μικρὸν γε μὴν ὕστερον ἐμβὰς ἐν τῇ πόλει,
καὶ τοὺς βαρβάρους ἀπωσάμενος, δεύτερον αὐτὸς ἐστρατήγησε
τοῦ δήμου τῶν Βυζαντίων. καθ' οὓς χρόνους καὶ δρακόντων πλεῖ-
στα γένη ἐπεφοίτησε τῇ πόλει, καὶ τοὺς οἰκοῦντας αὐτὴν διέφθει-
ρεν· οὓς δὴ τῇ τῶν καλουμένων πελαργῶν ἐπιφορᾷ διεχειρί-
σαντο, Ποσειδῶνος αὐτοῖς, ὥς φασι, συνεργήσαντος. οὐ
μετὰ πολὺ δὲ τῶν ὀρνίθων αὐτοῖς ἐναντία φρονούντων, καὶ θάνα-
τον ἔτι ἐπαγόντων, τούς τε ἁλισκομένους ὄφεις πρὸς τὰς τῶν
ὑδάτων δεξαμενὰς ἀκοντιζόντων, καὶ τοῖς γε πολίταις ἐν D
ταῖς λεωφόροις ἀφανῶς ἐφαλλομένων, ἐν ἀφασίᾳ διετέ-
λουν· ἀνὴρ δέ τις τῶν ἐκ Τυανῶν τοὔνομα Ἀπολλώνιος, ἐκ
λίθου ξεστοῦ τρεῖς ἀνεστήσατο πελαργούς, ἔν τε προσώποις ὁ-
ρῶντας ἀλλήλους, οἳ καὶ μέχρι τοῦ νῦν διαμένουσιν, οὐ συγ-
χωροῦντες ἐπιφοιτῆσαι τῇ πόλει τὸ τῶν πελαργῶν γένος.
ἐπὶ δὲ τοῖς εἰρημένοις, τοῦ στρατηγοῦ Διναιοῦ τὸν βίον με-
ταλλάξαντος, Λέων τις τῶν Βυζαντίων τὴν ἀριστοκρατίαν ἐ-
δέξατο, ἐφ' οὗ Φίλιππος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεύς, Ἀ-
8. μύντου παῖς γεγονώς, πολλὴν ἐπαγόμενος δύναμιν ἐπο-
λιόρκει τὴν πόλιν, διώρυξί τε, καὶ πολεμικαῖς μηχαναῖς τοῖς
τείχεσι προσπελάζων· καὶ ταύτην ἂν εἷλε ῥᾳδίως, νυκτὸς
ἐπιλαβομένης ἀσελήνου, καὶ ὄμβρου καταρραγέντος ἐξαισί-
ου, εἰ μή τις αὐτοῖς τῶν θείων γέγονε συμμαχία, τοὺς κατὰ τὴν πό- E
λιν πρὸς ὑλακὴν ἀναστήσαντος κύνας, καὶ νεφέλας πρὸς τοὺς
ἀρκτώους ἐπάγοντος τόπους· ἐξ ὧνπερ οἱ δῆμοι ἐπεγερθέντες,
ἤδη τὴν πόλιν ὑπὸ τῷ Φιλίππῳ γεγενημένην ἐρρύσαντο, ἀ-
ναλαβόντες τοὺς διαφθαρέντας πύργους τοῖς ἐκ τῶν τάφων
παρακειμένοις λίθοις, καὶ ἀνοικοδομήσαντες τὰς ἐπάλ-
ξεις τοῦ τείχους, οὗ δὴ χάριν τὸ τεῖχος τυμβοσύνην ἐκά-
λεσαν. λαμπαδηφόρου Ἑκάτης ἀναστήσαντες ἄγαλ-

gnomine prostravit. Post hanc victoriam, cum hostes in Thraciam usque Byzas persequeretur, Scytharum rex Odryses, trajecto Istro, ad ipsa mœnia progressus, urbem obsedit, cum quo Byzantis uxor, hostium multitudine imperterrita, muliebri manu decertavit, serpentum auxilio Barbarum circumveniens: angues enim quos in urbe uno in loco collectos asservabat, eos subito in hostes sagittarum, & jaculorum instar immisit, & plurimis hoc modo interfectis, urbem servavit. Atque hinc fluxit antiqua illa fabula, nefas esse quemquam serpentes in urbe captos, quippe qui ei saluti fecerint, occidere. Non longo post tempore Strombus quidam, & ipse Ceroessæ genitus, numeroso exercitu adducto, bellum Byzanti intulit. Universa itaque Scythica natio commota est: præstantissimi etiam Græcorum, & Rhodiorum non contemnendæ copiæ convenerunt, unaque vicinæ Chalcedonis dominus Dinæus, qui deducta Megaris colonia, novemdecim annis ante Byzantis principatum, sedem illic sibi elegerat. Chalcedon autem appellata est, ut quidam volunt, a fluvio Chalcedone: sive ut alii, a Calchantis vatis filio, qui post Trojanum bellum vixit: alii vero, a Chalcide Eubœæ urbe, unde missi illo coloni, quos & cæcos appellarunt, quod solum Byzantii non animadvertissent. Cæterum Dinæus cum magna classe suppetiatum Byzanti veniens, cum ad urbem appellere non posset, Byzante ejus rege paulo ante defuncto, & universo populo ea re perturbato, ad Anaplum, ut vocant, pervenit, ibique commoratus Hestias loco nomen dedit: nec multo post urbem ingressus est, & barbaris profligatis, ipse secundus Byzantiorum præturam gessit. Hac tempestate varia serpentum genera urbem infestabant, & perniciem civibus afferebant, quos Neptuni ope, ut ajunt, ciconiarum superventu interfecerunt. Paulo post, cum aves inimicum animum induissent, serpentesque, quos ceperant, in cisternas projicerent, & cives in plateis publicis adorirentur, stupore perculsi erant: sed vir quidam Tyaneus Apollonius nomine, tres ciconias ex lapide albo, obversa facie se mutuo aspicientes erexit, quæ ad hoc usque tempus durant, neque ciconias in urbem venire permittunt. Post hæc Dinæo præfecto mortuo, Leo quidam Byzantii summum magistratum suscepit, sub quo Philippus Macedonum rex, Amyntæ filius, magnis copiis admotis urbem obsedit, & cuniculis aliisque machinis bellicis muros aggressus est. Et sane facile eam expugnasset, nocte illuni, & immensa pluvia adjuvantibus, nisi quis Deus tulisset opem, & canes per urbem ad latratum excitasset, nubesque lucidas ad Septentrionem produxisset. Ea re suscitati cives urbem jam fere a Philippo captam conservarunt, turresque & murorum propugnacula labefactata, ex lapidibus sepulcralibus restaurarunt, ejus rei gratia illum murum cognominarunt Sepulcretum, erecta simul lampadifera Hecates statua. Postea vero ad pugnam navalem reversi, illustri

Edit. Paris. pag. 4.

clade Macedones affecerunt: quamobrem Philippus, bello ita finito, Byzantiis cessit. Postquam autem Leo quoque excessit e vita, Atheniensium Imperator Chares, cum quadraginta navibus in auxilium Byzantinorum profectus, ad bellum contra Philippum, occupavit promontorium Propontidis, quod inter Chalcedonem & Chrysopolim situm est, ibique periculum belli subiit. In eodem loco conjugem, expeditionis comitem, morbo extinctam sepulturæ tradidit, & aram ei posuit cum columna, in qua damalis seu juvenca conspicitur ex lapide polito: hoc enim nomine nuncupata fuerat Charetis illa uxor, ut liquet ex adscriptis hisce versibus, qui usque adhuc supersunt.

Edit. Paris. pag. 5.

Inachiæ non sum signum bovis, haudque vocatur
A me adversum illud Bosporium pelagus.
Hanc etenim prius ira gravis Junonis abegit
Usque Pharum; sed ego mortua sum Cecropis.
Atque Charetis eram conjux, illumque sequebar
Nempe Philippeis navibus oppositum.
Bucula dicta fui: conjux nunc grata Charetis
Terrarum gemino lætor utroque solo.

Cum vero Chares Athenas navigasset, Protomachus præturam excepit, qui cum obturbantes Thracas armis subjugasset, ærea trophæa eo in urbis loco, qui Miliarium dicitur, statuit. Hoc etiam mortuo, Timesius quidam Argivorum civitati adscriptus primum ad pontum Euxinum, in loco nuncupato Ephesiate, (ubi quondam Ephesii, coloniis eo deductis, urbem ædificare conati, secundo Byzantinum oraculum audiverunt:

Felices, sacram qui Ponti in faucibus urbem
Threicioque sitam condent in littore cives,
Hic ubi cæruleum lambunt duo flumina pontum,
Piscis ubi, cervusque cibo vescuntur eodem.)

urbem ex adverso condere incipiens, cum spe excidisset, ad Byzantios se contulit, universique populi Imperator designatus, totam civitatem majorem, splendidioremque reddidit. Leges etiam de quotidianis commerciis promulgavit, & consuetudines instituit civiles, quibus elegantes, ac humanos cives effecit: ad hæc fana Deorum plurima, partim ipse extruxit, partim prius extructa adornavit. Nam templum in promontorio Propontidis positum, quod Jason olim duodecim Diis dedicaverat, dirutum restauravit, & in portu Phrixi Dianæ ædem renovavit. Post hunc Calliades Byzantii dux, in externis & civilibus bellis strenuus, celebre illud & admirandum Byzantis simulachrum in Basilica consecravit, cum hanc inscriptione

Magnanimum Byzantem cum grata Phidalea,
Erexit junctis Calliades statuis.

Et hæc quidem Byzantiis partim sub optimatum, partim sub tyrannorum imperio diversis temporibus acciderunt. Cæterum postquam consulari virtute Romanum imperium reliquas

A μα. αὖθις δὲ πρὸς συμμαχίαν τραπέντες, περιφανῶς τοὺς Μακεδόνας ἐνίκησαν. καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ διαλυθέντος τοῦ πολέμου, Φίλιππος παραχωρεῖ Βυζαντίοις. Ἐπεὶ δὲ καὶ Λέων τὸν βίον μετήλλαξεν, ὁ τῶν Ἀθηναίων στρατηγὸς Χάρης, σὺν ναυσὶ μ΄ εἰς συμμαχίαν Βυζαντίων ἐλθὼν, πρὸς τὸν κατὰ Φιλίππου πόλεμον, κατέλαβε τὴν ἄκραν τῆς Προποντίδος, ἥ τις μεταξὺ κεῖται Χαλκηδόνος καὶ Χρυσοπόλεως· καὶ ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ προσορμίσας, ἀπόπειραν ἐλάμβανε τοῦ πολέμου· ἔνθα καὶ τὴν γυναῖκα συνεπομένην ἔχων αὐτῷ, νόσῳ βληθεῖσαν ἀποβαλὼν, ἐν τάφῳ κατέθηκεν, ἀναστήσας αὐτῇ βωμὸν καὶ κίονα, ἐν ᾧ δάμαλις δείκνυται ἐκ ξεστοῦ λίθου. ὑπὸ γὰρ τὴν ἐπωνυμίαν ἐκέκλητο ἐκείνη ἡ γυνὴ τοῦ Χάρητος, ὅπερ καὶ διὰ τῶν ἐγγεγραμμένων ἐκεῖσε στίχων ἀριδήλως ἐμ- 9.
B φαίνεται, μέχρι τῶν καθ᾽ ἡμᾶς διασωζομένων χρόνων· εἰσὶ δὲ οἱ στίχοι οὗτοι·

Ιναχίας οὐκ εἰμὶ βοὸς τύπος, οὐδ᾽ ἀπ᾽ ἐμεῖο
Κλήζεται ἀντωπὸν Βοσπόρειον πέλαγος.
Κείνην γὰρ τὸ πάροιθε βαρὺ χόλος ἤλασεν Ηρας
Ες Φάρον· ἡ δ᾽ ἐγὼ Κέκροπις εἰμὶ νέκυς.
Εὐνέτις ἦν δὲ Χάρητος. ἔπλων δ᾽ ὅτε πλῶεν ἐκεῖνος,
Τῇδε, Φιλιππείων ἀντίπαλος σκαφέων.
Βοίδιον δ᾽ ἤκουον ἐγὼ τότε· νῦν δὲ Χάρητος
Εὐνέτις, ἠπείροις τέρπομαι ἀμφοτέροις.

τοῦ δὲ Χάρητος εἰς Ἀθήνας ἐκπλεύσαντος, Πρωτόμαχος τὴν στρατηγικὴν ἀρχὴν διαδέχεται· ὃς τοὺς ἐπαναστάντας
C Θρᾷκας καταδουλωσάμενος τοῖς ὅπλοις, ἐν τῷ καλουμένῳ Μιλίῳ, τόπῳ τῆς πόλεως, χάλκεα ἀνέστησε τρόπαια. κατοιχομένου δὲ καὶ τούτου, Τιμήσιος ἀνὴρ τῶν ἐν Ἀργείοις τραφέντων πρῶτον μὲν κατὰ τὸν Εὔξεινον πόντον πρὸς τῷ λεγομένῳ Ἐφεσιάτῃ, (ἔνθα ποτὲ Ἐφέσιοι ἀποικίας πέμψαντες, καὶ πόλιν οἰκοδομεῖν πειραθέντες αὖθις τοῦ Βυζαντίου ὑπήκουσαν λόγου·

Ολβιοι οἳ κείνην ἱερὴν πόλιν οἰκήσουσιν,
Ακτὴν Θρηϊκίην τ᾽ ἔνυγρον παρὰ τὸ στόμα Πόντου
Ενθα δύο σκύλακες πολιὴν λάπτουσι θάλασσαν
Ενθ᾽ ἰχθὺς, ἔλαφός τε νόμον βόσκονται ἐς αὐτόν.)

ἀντικαταστῆσαι πόλιν ἐπιχειρήσας, καὶ διαμαρτὼν τῆς ἐλ-
D πίδος συνοικίζεται Βυζαντίοις· καὶ στρατηγὸς ἀναδειχθεὶς τοῦ παντὸς δήμου, πᾶσαν ὁμοῦ τὴν πόλιν εἰς τὸ μεῖζον, καὶ περιφανέστερον μετερρύθμισε, νόμους περὶ τῶν καθ᾽ ἡμέραν συμβολαίων τιθέμενος, καὶ ἔθη καθιστὰς πολιτικὰ, δι᾽ ὧν ἀστείους τε, καὶ φιλανθρώπους τοὺς πολίτας ἀνέδειξεν· ἱερά τε θεῶν πλεῖστα, τὰ μὲν αὐτὸς ἀνεστήσατο, τὰ 10.
δὲ καὶ πρὶν ὄντα διεκόσμησε. τὸν γὰρ πρὸς τῇ ἄκρᾳ τῆς Προποντίδος θαλάσσης κείμενον ναὸν, ὃν Ἰάσων ποτὲ τοῖς δώδεκα θεοῖς καθίδρυσε, κατηρειπωμένον ἀνήγειρε· καὶ τὸν ἐπὶ τῷ Φρίξου λεγομένῳ λιμένι Ἀρτέμιδος οἶκον ἀνεκαίνισε. ἐπὶ δὲ τούτῳ, Καλλιάδης στρατηγήσας τοῦ Βυζαντίου, ἄριστά τε πρὸς τοὺς ὀθνείους καὶ ἐμφυλίους πολέμους ἀγωνισάμενος, τὸ περιβόητον καὶ θαυμαστὸν τοῦ Βύ-
E ζαντος ἄγαλμα, κατὰ τὴν λεγομένην Βασιλικὴν ἀνέθηκε, καὶ ἐπέγραψεν οὕτως·

Τὸν κρατερὸν Βύζαντα καὶ ἱμερτὴν Φιδάλειαν,
Κίοσι κοσμήσας ἄνθετο Καλλιάδης.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀριστοκρατουμένων τῶν Βυζαντίων, ἔτι δὲ καὶ τυραννουμένων κατὰ διαφόρους συμβέβηκε χρόνους· ὡς δὲ τῇ τῶν ὑπάτων ἐπιτείᾳ, ἡ τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴ πάσας ὑπερεβάλλετο τὰς δυναστείας,

κατεδούλωσε δὲ καὶ Ἕλληνας, εἰκότως αὐτῷ καὶ Βυζάν-
τιοι πειθόμενοι διετέλουν. ἐπεὶ δὲ μετά τινας χρόνους,
Σεβήρου τῆς Ῥώμης βασιλεύοντος, αὐτοὶ τὴν τοῦ τυραν-
νήσαντος τῆς Ἑῴας Νίγρου προτιμήσαντες ἐλπίδα, εἰς
χεῖρας ἐλθεῖν ἐτόλμησαν πρὸς τὸν Αὐτοκράτορα, ἀφαι-
ρεθέντες τῶν πολιτικῶν δικαίων, καὶ τῆς στεφάνης αὐτῆς
τοῦ τείχους καταλυθείσης, Περινθίοις ἐπεχθῆσαν δου-
11. λεύειν, τοῖς καλουμένοις Ἡρακλεώταις. παυσαμένης
δὲ τῆς ὀργῆς τοῦ Σεβήρου, αὖθις τοῦτον ἔσχον εἰς Βασι-
λέα, ὃς καὶ εἰς μείζονα καὶ περιφανῆ κόσμον ἐπανήγα-
γε τὸ Βυζάντιον. λουτρὸν μὲν μέγιστον κατὰ τὸν τοῦ ἱππίου
Διὸς βωμὸν, ἤτοι τὸ Ἡρακλέους καλούμενον ἄλσος,
ἀνήγειρεν· ἔνθα δὴ καὶ τοὺς Διομήδους δαμάσαντες ἵπ-
πους, Ζεύξιππον τὸν τόπον ὠνόμασαν. καὶ τὸν αὐτοῦ πλη-
σιάζοντα χῶρον τοῦ Ἱπποδρομίου, τοῖς τοῦ Διὸς ἀνακει-
μένον κούροις, ἰκρίοις τε καὶ στοαῖς διεκόσμησεν· ἔν-
θα καὶ νῦν οἱ καμπτῆρες δηλοῦσι, τὰ τῶν ἐφόρων γνω-
ρίσματα, διὰ τῶν ἐπικειμένων ὠῶν τοῖς χαλκοῖς ὀβε-
λίσκοις. Καὶ μέχρι μὲν οὖν περιῆν ὁ Σεβῆρος, ἀπὸ τοῦ
τοῦ παιδὸς Ἀντωνίνου, Ἀντωνινία ἡ πόλις κατωνομάζε-
το. ἀπὸ δὲ τοῦ Βύζαντος μέχρι τοῦ Σεβήρου, ἔτη διῆλ-
θον ἑξακόσια ὀγδοήκοντα πέντε.

Ἀλλ' ἐπαναπτέον τὸν λόγον, καὶ διηγητέον, ὅπως Σε-
βῆρος τοῦ Βυζαντίου ἐκράτησεν· ἀναστὰς ἐκ Ῥώμης Σεβῆ-
ρος, κατείληφε τὸ Βυζάντιον, κρατοῦντος τότε αὐτοῦ
Νίγρου, τοῦ υἱοῦ Τιμησίου· καὶ εἰρηνικὰς σπονδὰς μετὰ Νί-
γρου ποιήσας, εἰσῆλθε μετὰ τῶν μεγιστάνων αὐτοῦ εἰς τὸ
Βυζάντιον. Ἐπεὶ δὲ οἱ Βυζάντιοι ἀπὸ Μακεδόνων κα-
κῶς ἐπολιορκοῦντο καὶ ἐλυμαίνοντο, ἐξῆλθεν ὁ Σεβῆ-
12. ρος κατὰ Μακεδόνων, ὑπερμαχῶν Βυζαντίων. μέλλων
δὲ ἐξέρχεσθαι, τὴν ἰδίαν θυγατέρα τῷ τοῦ Νίγρου υἱῷ
εἰς γυναῖκα παρέδωκε. τὸν γὰρ στρατὸν αὐτοῦ ὁ Σεβῆρος
κατέλιπεν ἐν Χρυσοπόλει· ἐν δὲ τῇ τοῦ γάμου δοχῇ
ἔστησαν ἐπὶ τῆς τραπέζης δύο φιλόσοφοί τινες Ῥω-
μαῖοι, Φόρτων, καὶ Μαρκίων καλούμενοι, καὶ εἶπον
πρὸς τοὺς ἐσθίοντας Βυζαντίους, ἠγάγομεν χαρὰν ἀ-
κερδῆ, καὶ λύπην ἀζήμιον. προσκαλεσάμενος δὲ Νί-
γρος τοὺς φιλοσόφους αὐτοῦ, ἐποίει ἔρευναν περὶ τοῦ ῥή-
ματος. ἀλλ' οὐδεὶς ἠδυνήθη διερμηνεῦσαι αὐτό. εἷς
δέ τις τῶν ἐν τῷ συμποσίῳ ἀνακειμένων, ἀγχίνους
πάνυ, ἤδη γηραιὸς, ἀναλογισάμενος τὸ ἀπόφθεγμα
εἶπε· τοῦτό ἐστιν ἱππικὸς, καὶ ἀγωνιστικὸς ἀγών. τότε
ὁ Σεβῆρος πρὸς θεραπείαν τοῦ συμπενθέρου αὐτοῦ
Νίγρου, ἔκτισε δύο λουτρά· ἔσωθεν μὲν τῆς πό-
λεως καὶ πλησίον τοῦ παλατίου ὂν, τὸ καλούμενον
Ζεύξιππον· ἔξωθεν δὲ τῆς πόλεως, τὰ νῦν καλού-
μενα Καμίνια, λουτρὸν εὐμέγεθες καὶ ἀξιοθαύμαστον.
ἐκ δὲ τῆς ὑπερβολῆς τοῦ μεγέθους αὐτοῦ, ἐν ἑκάστῃ ἡμέρᾳ δύο
χιλιάδες ἐλούοντο. ἥπτετο δὲ τὸ τοιοῦτον λουτρὸν μετὰ τοῦ
Μηδικοῦ πυρός. Τὸ δὲ μέχρι τοῦ νῦν σωζόμενον ἱπ-
ποδρόμιον, ἐκτίσθη παρ' αὐτοῦ τοῦ Σεβήρου, κήπων
13. ὄντων ἐκεῖσε δύο τινῶν ἀδελφῶν, καὶ γυναικός χήρας.
μέχρι μὲν οὖν τοῦ χαλκοῦ κίονος Τετραπλεύρου, πε-
διὸς ἦν ὁ τόπος. ἀπὸ δὲ τούτου καὶ μέχρι τῆς Σφεν-
δόνης, κρημνοῦ ὄντος, κίονας εὐμεγέθεις καὶ κτίσμα-
τα ἀνηγέρθησαν. ἔνθα δὴ καὶ ἡ ψυχρὰ καλουμένη κι-
στέρνα ἐστὶ, διότι πάνυ κρημνώδης ἦν ὁ τόπος. τὸ δὲ
ἓν μέρος τῶν βαθμίδων, ἀνεπληρώθη παρ' αὐτοῦ τοῦ
Σεβήρου. κατελείφθη δὲ τὸ ἕτερον ἀτελὲς, διὰ τὸ
ἐλθεῖν εἰς αὐτὸν ἀγγελίαν, ὅτι Γάλλοι πορθοῦσι

A omnes poteſtates ſuperaverat, redacta jam in ſervitutem Græcia, metito ſe quoque illi ſubmiſerunt Byzantii. Aliquanto tamen poſt, Severo Romanis impetante, Nigri Orientis tyranni partes ſecuti, cum Imperarore manus conſerere auſi ſunt: quamobrem jure civitatis mulctati, mœnibuſque urbis funditus everſis, Perinthiorum cognomento Heracleenſium ſervitio addicti ſunt. Sed ſedata mox Severi indignatione, rurſus eidem patuerunt Imperatori: qui etiam majoribus, atque illuſtrioribus ornamentis Byzantium reſtituit. Nam balneum eaſtruxit ampliſſimum juxta Jovis equeſtris aram, & lucum Herculis, qui domitis ibi B Diomedis equis, Zeuxippi nomen loco dediſſe creditur. Item vicinum Hippodromum, Dioſcuris ſacrum, tabulatis & porticibus exornavit, ubi uſque nunc metæ Deorum præſidum judicia exhibent, ova nimirum æneis obeliſcis impoſita. Quouſque igitur Severus ſuperſtes fuit, ab ejus filio Antonio urbs Antoninia appellabatur. A Byzante autem uſque ad Severum anni ſexcenti octoginta quinque elapſi ſunt. *Edit. Pariſ. pag. 6.*

Sed revocanda oratio eſt, & narrandum, quomodo Severus Byzantio potitus ſit. Profectus Roma Severus, Byzantium venit, quod Niger Timeſii filius tunc occupaverat: paciſque fœdere ſancito, cum proceribus ſuis C urbem ingreſſus eſt. Poſtea vero cum Byzantii gravi Macedonum obſidione premerentur, Severus contra Macedonas egreſſus, pro Byzantiis pugnavit. Exiturus vero, filiam ſuam Nigri filio uxorem dedit: exercitum enim ſuum Severus Chryſopoli reliquerat. Cum igitur nuptiæ celebrarentur, duo quidam Philoſophi Romani, quibus Phorton, & Marcion nomen erat, menſæ aſtiterunt, Byzantinis epulantibus dicentes: Inane gaudium, & dolorem indemnem adduximus. Quare Niget, vocatis ad ſe Philoſophis ſuis, quid ſibi hoc dictum vellet, inquiſivit. Sed nullus interpretari poterat. Unus autem ex D convivis, admodum ingenioſus, jam ſenex, apophthegma illud conſiderans, Hoc eſt, inquit, equeſtre, & gymnicum certamen. Tum Severus in honorem affinis ſui Nigri duo balnea condidit, unum in urbe vicinum Palatio, quod Zeuxippus nuncupatur: alterum vero extra urbem, quod nunc Caminia vocatur: balneum magnum & mirabile, adeo ut propter vaſtam ejus magnitudinem bis mille *pag. 7.* hominum quotidie in eo lavarentur. Succendebatur autem hoc balneum igne Medico. Cæterum Hippodromus, qui uſque huc integer permanſit, ab eodem Severo eaſtructus fuit, cum prius in eo loco eſſent horti duorum fratrum & cujuſdam viduæ. E Erat quippe ad æream uſque columnam Tetrapleuri, planus locus: inde vero uſque ad Sphendonen, magnas columnas & ſubſtructiones erexere, eo quod locus eſſet valde præruptus, quam etiam ob cauſam Ciſternæ quam frigidam vocant, deſtinatus eſt. Unam quidem graduum partem ipſe Severus abſolvit; alteram autem imperfectam reliquit, quia ipſi nuntiabatur,

Gallos Romam depopulari : quare statim illo se contulit, ubi etiam morbo comitiali vitam finivit, anno imperii decimo septimo. A morte vero ipsius usque ad imperium Constantini magni anni sexaginta & ultra elapsi sunt. Cæterum trecentesimo sexagesimo & secundo anno post Augusti Cæsaris principatum, cum Roma vetus ejusque res jam declinare cœpissent, Constantinus Constantii filius Imperio potitus, novam hanc & perpulchram urbem Constantini nomine insignitam condidit §. Cumque mirabili pulchritudine eam adornasset, muros quoque versus Troadenses porticus longe protulit. Præterea balnea & duo templa magnifica extruxit, juraque omnia ad veteris Romæ instar ei attribuit, & in foro Strategio, ubi olim militum duces dignitates suas suscipiebant, columnæ lapideæ insculpi curavit. Ad hæc suam, & matris Helenæ statuas erexit, atque locum nominavit Augusteum. Senatoribus etiam, Romæ ipsum secutis, valde munificum se præbuit, & ædes illis donavit, quas propriis sumptibus extruxerat. Idem aquæductum in urbem perduxit, duosque erexit arcus in Foro, ita enim locum vocant; tum quoque purpuream illam & illustrem columnam, cui ipsius Constantini statua imposita est, quam solis instar civibus prælucere cernimus. Hæc autem statua de columna decidit, & decem circiter homines, illic tunc præsentes oppressit, quinto Aprilis, decimæ quartæ indictionis, anno supra sexies millesimum & sexcentesimum decimo quarto, vigesimo Imperii D. Alexii Comneni, hora circiter tertia, oborta caligine, & austro vehementer spirante. Hanc vero aeris perturbationem excitaverat stella crinita, dicta Acontias, quæ vespera Parasceves primæ hebdomadis apparuit. Idem Constantinus quoque Senatui curias ædificavit, & locum nominavit Senatum. Inibi Jovis Dodonæi signum, & duæ Palladis Statuæ sunt positæ. Populo etiam demerendo singulis annis panes diurnos elargitus est, quos Palatinos, eo quod ex Palatio præberentur nominavit. Vinum insuper, carnes oleum, & frumentum distribui instituit, quibus etiam usque in præsens tempus civitas fruitur, symbolorum loco tesseras ab ipso sparsas proferens. Præterea commerciorum leges ex æquo & bono promulgavit, & urbem muris amplissimis cingens varieque exornans, ad instar veteris Romæ splendidiorem reddidit. Imprimis duo templa extruxit, unum S. Irenes, alterum SS. Apostolorum : tum omnes paganorum superstitiones abrogavit. Plura deinde alia templa ædificavit, de quibus paulo post dicemus. Templum S Sophiæ ligneo tecto opertum condidit, unde quadringentæ viginti septem statuæ ablatæ sunt, quarum major pars fuere gentilium, Jovis videlicet, & Cari, & Diocletiani : præterea duodecim signa : Luna quoque & Venus, & Arcturi sidus duabus Persicis columnis impositum, & Polus australis, & sacerdos Minervæ, Hieronem Philosophum vaticinantem a latere habens : Christianorum vero

Edit. Paris. pag. 8.

A τὴν Ῥώμην, καὶ παραγενέσθαι ἐν αὐτῇ. ἣ δὴ τὰ καὶ τε-
λευτᾷ, νόσῳ ἐπιληψίας, βασιλεύσας χρόνους δεκαε-
πτά. παρῆλθον δὲ χρόνοι ἑξήκοντα καὶ ἐπέκεινα, ἄχρι
τῆς βασιλείας τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. Ἐν δὲ τῷ τεια-
κοσιῷ καὶ ἑξηκοστῷ δευτέρῳ ἔτει ἀπὸ Αὐγούστου Καίσαρος
μοναρχίας, τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης καὶ τῶν πραγμά-
των αὐτῆς ἤδη πρὸς τὸ πέρας ἀφιγμένων, Κωνσταντῖνος
ὁ Κωνσταντίου παῖς, τῶν σκήπτρων ἐπιλαβόμενος,
τὴν νέαν ταύτην καὶ περικαλλῆ ἀνέστησε πόλιν, τὴν λε-
γομένην Κωνσταντίνου. Θαυμαστὴν γὰρ προσεργασάμενος
τῷ κάλλει, πόρρωθεν καὶ τὰ τείχη μετέστειλε κατὰ τὰς
Τρωαδικὰς ἐκβολάς. λουτρά τε, καὶ ἱεροὺς δύο οἴκους με-
γάλους ἀνήγειρε, καὶ ἐν τῷ Στρατηγίῳ λεγομένῳ φόρῳ,
B ἔνθα ποτὲ οἱ στρατηγοῦντες τὰς τιμὰς αὐτῶν ἀπεδέ-
χοντο, ἑαυτὸν ἐπὶ λιθίνης ἀνέγραψε στήλης, καὶ τῆς
αὐτοῦ μητρὸς Ἑλένης ἐπὶ κίονος ἀνέστησεν ἄγαλμα, καὶ 14.
τὸν τόπον ἐκάλεσεν Αὐγουσταῖον· τοῖς τε συνακολουθή-
σασιν αὐτῷ ἀπὸ Ῥώμης συγκλητικοῖς ἐφιλοτιμήσατο,
οἴκους αὐτοῖς δωρησάμενος, οὓς ἐξ ἰδίων ἐδείματο
χρημάτων. ἐπὶ δὲ τούτῳ καὶ ὁ τῶν ὑδάτων ὁλκὸς προσε-
τέθη τῇ πόλει. ἀνέστησε δὲ καὶ δύο ἁψῖδας πρὸς τὸν
καλούμενον φόρον, καὶ ὁ πορφυροῦς καὶ περίβλεπτος
κίων, ἐφ' ὅπερ ἵδρυται Κωνσταντῖνος, ὃν ὁρῶμεν
δίκην ἡλίου τοῖς πολίταις ἐκλάμποντα. τοῦτο γοῦν τὸ
ἄγαλμα κατέπεσεν ἀπὸ τοῦ κίονος, καὶ φόνον τῶν ἐκεῖ-
σε εὑρεθέντων ἀνδρῶν τε, καὶ γυναικῶν ὡσεὶ δέκα
C εἰργάσατο, κατὰ τὴν πέμπτην δηλαδὴ τοῦ Ἀπριλ-
λίου μηνός, τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης Ἰνδικτιῶνος,
τοῦ ἑξακισχιλιοστοῦ καὶ ἑξακοσιοστοῦ τεσσαρεσκαιδεκάτου
ἔτους· εἰκοστὸν ἔτος ἀγούσης τῆς Βασιλείας τοῦ κυ-
ροῦ Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ. ὥρα ἦν ὡσεὶ τρίτη,
ὅτε γνόφος ἐγένετο καὶ βίαιος νότος ἔπνευσε σφο-
δρός. τοῦ κομήτου ἀστέρος τοῦ Ἀκοντίου ὀλυθέντος, τὴν
τοιαύτην τοῦ ἀέρος τάραχον ἐξεργασαμένου, τοῦ φανέντος
κατὰ τὴν ἑσπέραν τῆς παρασκευῆς τῆς πρώτης ἑβδομάδος.
οὗτος δὲ τῆς συγκλήτου βουλῆς ἐποίησεν οἴκους, καὶ σε-
νάτον τὸν τόπον ὠνόμασεν. ἐν οἷς καὶ τὸ τοῦ Δωδωναίου
Διὸς ἵσταται ἄγαλμα, καὶ δύο τῆς Παλλάδος ἱδρύμα- 15.
τα. ἐφιλοτιμήσατο δὲ καὶ τῷ δήμῳ καθ' ἓν ἕκαστον ἔ-
D τος, παρέχων ἄρτους ἡμερησίους, ὀνομάσας αὐτοὺς πα-
λατίνους, τοὺς ἐκ τοῦ παλατίου χορηγουμένους. οἶνόν τε καὶ
κρέας, καὶ ἔλαιον, καὶ σιτηρέσια τάξας, ὧν καὶ μέχρι
τοῦ νῦν ἡ πόλις ἀπολαύει, τῶν ὑπ' αὐτοῦ ῥιφέντων κα-
λάμων φέρουσα τὰ γνωρίσματα. νόμους τε, καὶ συμ-
βόλαια καθ' ἑκάστην τιθεὶς ἀπὸ τοῦ βελτίστου καὶ δικαίου.
τείχεσί τε μεγίστοις περικλείσας τὴν πόλιν, καὶ δια-
φόροις κοσμήσας τρόποις, εἰς ζῆλον τῆς πρεσβυτέρας
Ῥώμης, περιφανεστέραν ἀπέδειξεν. ᾠκοδόμησε δὲ ἐν
πρώτοις ἱεροὺς οἴκους δύο· ἕνα μὲν ἐπ' ὀνόματι τῆς ἁ-
γίας Εἰρήνης, ἕτερον δὲ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων· καὶ τὰ
τῶν Ἑλλήνων ἅπαντα καθεῖλε θρησκεύματα. εἶτα καὶ
ἄλλους πολλοὺς ἀνήγειρεν, οὓς μετ' ὀλίγον εἴπομεν. ἔκ-
E τισε δὲ τὴν ἁγίαν Σοφίαν ξυλόστεγον· ἀφ' ἧς ἀφῃρέθησαν
στῆλαι τετρακόσιαι εἰκοσιεπτά· καὶ πλείονες μὲν Ἑλλήνων
ὑπάρχουσαι, Διὸς καὶ Κάρου τοῦ πατρὸς Διοκλητιανοῦ, καὶ
τὸ δωδεκάζωδον, καὶ ἡ σελήνη, καὶ ἡ Ἀφροδίτη, καὶ ὁ
ἀρκτοῦρος ἀστήρ, παρὰ δύο Περσικῶν στύλων βασταζόμε-
νος, ὁ νότιος πόλος, καὶ ἡ Ἱερίβοια τῆς Ἀθηνᾶς, ἀ-
πὸ τοῦ πλευροῦ, Ἱέρωνα τὸν φιλόσοφον μαντευόμενον ἔ-
χουσα. τῶν δὲ Χριστιανῶν ὀλίγαι τινές, ὡς εἴπομεν. 16.

Ἔκτισε δὲ καὶ τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Ἀγαθονίκου ὁ ἀγαθοδότης βασιλεύς, καὶ τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Ἀκακίου, καὶ τὸν ναὸν τῶν ἁγίων Ἀποστόλων μετὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ δρομικόν, καὶ τοῦτον ποιήσας ξυλόστεγον. ἀλλὰ καὶ μνημοθέσια τῶν βασιλέων, ὧν ἐν ἑνὶ καὶ αὐτὸς τέθειται. χρὴ δὲ εἰδέναι, ὅτι τῷ πεντακισχιλιοστῷ, ὀκτακοσιοστῷ τριακοστῷ ἑβδόμῳ ἔτει τοῦ κόσμου, τῷ τρίτῳ μηνὶ τῆς δευτέρας Ἐπινεμήσεως, τῇ εἰκοστῇ ἕκτῃ τοῦ Σεπτεμβρίου μηνός, ἐν ἡμέρᾳ τετάρτῃ, ὄντος τοῦ ἡλίου εἰς τὸ τοῦ τοξότου ζῴδιον. ὡροσκοποῦντος γὰρ καρκίνου, τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς διακοσιοστῆς ἑξηκοστῆς πέμπτης Ὀλυμπιάδος, ἐπήξαντο τοὺς θεμελίους τῶν δυτικῶν τειχῶν τῆς Κωνσταντινουπόλεως. καὶ ἐν ἐννέα μησὶ τό, τε χερσαῖον καὶ παράλιον τεῖχος, μετὰ πλείστων οἰκοδομημάτων, τῶν ἐν τῇ πόλει δομηθέντων ἀπαρτίσαντες, τῇ ιά. τοῦ Μαΐου μηνός, τὰ ἐγκαίνια τῆς πόλεως γέγονε, καὶ προσηγορεύθη Κωνσταντινούπολις. Ἐπὶ δὲ τῇ τῶν ἐγκαινίων ἡμέρᾳ διέταξεν ἐπὶ τοὺς ἐφεξῆς χρόνους, τὴν αὐτοῦ στήλην ὁρᾶσθαι μετὰ τῆς εἰρημένης τιμῆς, ἱππικοῦ ἀγομένου, τῷ κατὰ καιρὸν βασιλεύοντι καὶ τῷ δήμῳ, καὶ ἀπέρχεσθαι μέχρι τοῦ σάματος. Ταῦτα ἐπράχθη τῷ δωδεκάτῳ ἔτει τῆς Βα-

17. σιλείας τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, συμπραττόντων αὐτῷ καὶ συνευδοκούντων εἰς τὴν τοιαύτην οἰκοδομὴν τῆς θεοφρουρήτου πόλεως, Εὐφράτου παρακοιμωμένου, Οὐρβικίου καὶ Ὀλυβρίου τῶν πραιποσίτων, Ἰσιδώρου, καὶ Εὐστοργίου, καὶ Μιχαὴλ πρωτοβεστιαρίου, ἀμφοτέρων Πατρικίων ὄντων, καὶ Ὀνωρατίου ἐπάρχου, καθὼς ἱστοροῦσιν Εὐτυχιανὸς πρωτοασηκρῆτις ὁ γραμματικός, καὶ Εὐτρόπιος ὁ σοφιστής, ὁ τῷ παραβάτῃ Ἰουλιανῷ συμπαρὼν ἐν τῇ Περσίδι, καὶ ὁ ἐπιστολογράφος Κωνσταντῖνος, Ἐλεύσιός τε διάκονος ὁ φιλόσοφος, καὶ Τρώϊλος ὁ ῥήτωρ, ὁ πολλὰς ἀρχὰς μετὰ δόξης ἀνύσας καὶ Ἡσύχιος ὁ ταχυγράφος. Οὗτοι πάντες αὐτόπται γενόμενοι τῶν τηνικαῦτα πραχθέντων, ἀκριβῶς ταῦτα συνεγράψαντο. Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ δωδεκάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐποίησεν, ὡς εἴρηται, μείζονα τὴν Βύζαντος πόλιν, καὶ ἐκάλεσεν αὐτὴν Κωνσταντινούπολιν. Ἔκτισε δὲ τὰ παλάτια ἀπό τε τῆς χαλκῆς καὶ τῶν ἐξκουβίτων, καὶ ναὸν ἀνήγειρεν ἐκεῖσε τῶν ἁγίων Ἀποστόλων· καὶ τὸν θόλον τῆς Ἑπταλύχνου, ὃ καὶ μέχρι τοῦ νῦν σώζεται, ἔσωθεν τῶν σχολῶν, καὶ τὸ τριβουνάλιον, καὶ τὰ νῦν ὀνο-

18. μαζόμενα Νούμερα, καὶ αὐτὰ εἰς παλάτιον· καὶ τὰ δέκα ἐννέα Ἀκκούβιτα, καὶ τὸ Στέψιμον, καὶ τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Στεφάνου, ὅνπερ εἶχε χειμερινὸν κοιτῶνα. Ἀνήγειρε δὲ καὶ τὴν Μαγναύραν, καὶ τὴν τοῦ Κυρίου ἐκκλησίαν, καὶ τὸ γενικόν, καὶ τὸ ἰδικόν, καὶ τὸ Βεστιάριον, καὶ τὴν Καβαλάν, καὶ τὸ Σίγμα, καὶ τὸ Ὠάτον, πρὸς τὴν νέαν ἀείμβον, καὶ μέχρι τῆς ὀνομαζομένης σιδηρᾶς, καὶ τὸ κάτοπτρον λουτρόν, καὶ τὰ παλάτια τὰ ἐπάνω, μέχρι τοῦ Γερανίου. καὶ τὸ Χρυσόκλαβον, καὶ τὸ μέγα λουτρὸν τοῦ οἰκονομίου, τὸ πλησιάζον εἰς τὸ Τζυκανιστήριον, ἔχον ἐνθήκας ἑπτά, καὶ δώδεκα στοάς, καὶ κολύθαβον εὐμεγέθη· ἔξωθεν δὲ ὑπῆρχε· καὶ αἱ μὲν ἑπτὰ ἐνθῆκαι, εἰς μίμησιν τῶν ἑπτὰ πλανητῶν· αἱ δὲ δώδεκα στοαί, τῶν δώδεκα μηνῶν τὰς κράσεις. ἐσώζετο δὲ μέχρι τῆς βασιλείας Νικηφόρου τοῦ Φωκᾶ. Ὁ δὲ Ἰωάννης ὁ Τζυμισκῆς κατέλυσεν αὐτό, καὶ ἐκ τῆς ὕλης ἔκτισε τὴν χαλκῆν, ἔνθα καὶ ἐτάφη. Βουλόμενος δὲ κτίσαι καὶ ἱππικὸν κατὰ τὴν μίμησιν τῆς Ῥώ-

19. μης, εὗρε τὸ τοῦ Σεβήρου, καὶ ἀνεπλήρωσεν αὐτό.

admodum paucæ, ut dixi. Extruxit etiam optimus Imperator templum S. Agathonici, & S. Acacii, & SS. Apostolorum, quod adjuvante ejus matre, oblongum fecit, & ligneo laqueari operuit. Imperatorum quoque monumenta fecit, in quorum uno & ipse conditus est. Sciendum autem est quod anno mundi quinquies millesimo octingentesimo trigesimo septimo, tertio mense secundæ indictionis, vigesimo sexto Septembris, Sole Sagittarii signum ingresso, cancro horoscopante, primo anno ducentesimæ quintæ olympiadis, fundamenta murorum Occidentalium jecerint: cumque novem mensibus, maritimum & terrestrem murum, cum aliis urbanis ædificiis absolvissent, undecimo Maii Encænia urbis celebrata sunt, & Constantinopolis nomen ei impositum est. Constituit vero Constantinus, ut imposterum quotannis die Urbis natali, statua ipsius cum solito honore ludis circensibus, Imperatori populoque ad tribunal Hippodromi spectanda proponeretur. Hæc facta sunt anno duodecimo Imperii Constantini magni, adjuvantibus in structura civitatis divino præsidio munitæ, Euphrate Accubitore, Urbicio & Olybrio præpositis, Isidoro, & Eustorgio, & Michaele primo vestiario, utroque Patricio, & Honorifio Præfecto: quemadmodum memorant, Eutychianus a Secretis primus Grammaticus, & Eutropius Sophista, qui Juliano Apostatæ in Perside simul adfuit: & Constantinus epistolographus, & Eleusius Diaconus, Philosophus, & Troilus rhetor, qui multos magistratus cum honore gessit, & Hesychius notarius. Hi omnes, quæ suis oculis tum viderunt, accurate scriptis mandarunt. Anno igitur duodecimo imperii sui, ut dictum est, Constantinus Byzantis urbem ampliavit, vocavitque Constantinopolim. Condidit etiam Palatia, a Chalce & Excubitis: ibidemque SS. Apostolorum templum extruxit, & tholum Heptalychni, qui usque adhuc intus in scholis conservatur: præterea Tribunal ejusdem Palatii, & quæ nunc dicuntur Numera: item novemdecim Accubita, & Stepsimum, & templum S. Stephani, in quo hyberno tempore pernoctabat: extruxit quoque Magnauram & templum Dominicum, tum ærarium publicum & privatum, & Vestiarium, & Cabalam, & Sigma, & Oatum, proaimum Ecclesiæ novæ, & cætera usque ad portam ferream: & balneum pellucidum, & Palatia superiora usque ad Geranium: tum Chrysoclavum, & balneum magnum Oeconomii, proaimum Tzycanisterio, quod septem receptacula habebat, & duodecim porticus, & amplissimum natabulum figuris variatum. Et septem quidem receptacula, similitudinem septem planetarum, duodecim vero porticus, duodecim mensium temperamenta referebant. Permansit autem integrum usque ad Imperium Nicephori Phocæ, cujus successor Joannes Tzymisces illud evertit, & ex materia Chalcen condidit, in qua sepultus est. Cæterum cupiens etiam Constantinus in urbe sua Circum ad imitationem Romani ædificare, eum, quem

Edit. Paris. pag. 9.

Severus imperfectum reliquerat, ipse absolvit: unam nempe graduum partem, quibus ascenditur ad duo ambulacra: & supra cancellos, sphendonen, metas & factiones. Omnia autem ærea signa & simulacra ex variis locis & civitatibus collecta ad ornatum urbis erexit. Similiter & columnas ambulacrorum, quæ pavimento stravit tessellato. Ipse vero ibi primum gymnicum & equestrem ludum
Edit. Paris. pag. 10. edidit. Verum statua, quæ pedes alatos habet, deducta est e magna Antiochia, & Bellerophontis est, qui illic colebatur. De reliquis statuis, quot & quales eæ sint, & unde quælibet venerit, & quare fuerint erectæ, postremo breviter dicemus. Cæterum cum vellet Constantinus magnus urbem suam maxime a Romanis habitari, annulos præstantissimi cujusque viri occulte accepit, & misit ipsos contra Persarum regem Saporem: videlicet quatuor magistros Adam, Protasium, Scolymbrum, Philoxenum; & octo Patricios, Probum, Domninum, Darium, Maurum, Rhodanum, Sallustium Præfectum, Modestum, & Eubulum cum magno exercitu in Persiam misit, ubi sexdecim menses commorati sunt. Interea Constantinus magnus, missis Romam legatis, eorum uxores, liberos & familias accersivit. Misit etiam architectos, ut domos eorum, & cujusvis locum situmque sive in ora maritima sive continenti; tum formam structuræ, earumque gradus & scalas observarent. Adsumtis igitur familiis Senatorum, Byzantium redierunt, ibique singula simili modo ædificia exstruxerunt, eorumque familiis dederunt inhabitanda. Cum itaque acceptis sexaginta quinque centenariis tributi, ex Perside victores rediissent, Imperator eos convivio excepit, & dixit illis tentandi causa: Numquid abituri estis Romam? illi autem responderunt, se intra duos menses nondum eo reversuros. Tum Imperator, vesperi, inquit, dabo vobis ædes vestras. Jusserat enim Euphrati accubitori suo, qui & Constantinum magnum Christianum fecerat, ut unicuique suas ædes restitueret. Ut igitur viderunt portas, atria, gradus, mensuram, & formam, altitudinem & prospectum fenestrarum Romanis similes, putabant se per somnium esse Romæ; cum vero & familias suas invenirent, obstupescebant: ubi vero eas interrogarunt, & uti res gesta esset, intellexerunt; tum demum crediderunt, non esse phantasiam, verum prudentiam Imperatoris, qui hoc pacto invitos & nolentes ibi habitare coegisset. Loca autem ex nominibus eorum denominata sunt. Philoxenus cisternam condidit, cui nomen Philoxeni: Probus templum Prodromi exstruxit, quod Constantinus Caballinus, seu Copronymus mutavit in officinam fabrilem dictam Probi. Dominus in regione Mauriani domum ædificavit, in qua
pag. 11. habitat Agricolaus. Darius ædem Canaristæ uxoris Scleri condidit: Maurus vero domum, quæ nunc dicitur Bellonæ. Rhodanus domum nuncupatam in Cælis condidit: Sallustius autem eam, quæ Contomiti appellatur. Mo-

A ἤγειρε τὸ ἓν μέρος τῶν βαθμίδων, τῶν δύο περιπάτων. καὶ ἄνω τῶν καγκέλλων, καὶ τὴν σφενδόνα, καὶ τοὺς καμπτῆρας, καὶ τοὺς δήμους. πάντα δὲ τὰ χαλκουργήματα, καὶ τὰ ξόανα, ἐκ διαφόρων τόπων καὶ πόλεων ἀθροίσας, ἔστησεν αὐτὰ εἰς κόσμον τῆς πόλεως. ὁμοίως καὶ τοὺς κίονας τῶν περιπάτων. ἐπάτωσε δὲ τοὺς αὐτοὺς περιπάτους μετὰ συγκοπῆς, καὶ ἀπετέλεσεν αὐτὸς πρῶτον γυμνικὸν, καὶ ἱππικὸν ἀγῶνα. ὁ δὲ ἔχων τοὺς ἀρσενικοὺς πόδας, ἧκεν ἀπὸ τῆς μεγάλης Ἀντιοχείας. ἔστι δὲ ὁ Βελλεροφόντης, καὶ ἐσέβοντο αὐτὸν ἐκεῖσε. Ὁπόσα δὲ καὶ ἄλλα ἀγάλματα, καὶ τίνες εἰσὶ, καὶ πόθεν ἥκασιν ἕκαστοι, καὶ διὰ τί ἐστηλώθησαν, ἔσχατον λεπτομερῶς ἐρῶ. Θέλων δὲ ὁ μέγας Κωνσταντῖνος οἰκῆ-
B σαι τὴν πόλιν αὐτοῦ, μάλιστα δὲ τοὺς Ῥωμαίους εἰς τὸ Βυζάντιον, ἔλαβεν ἐξ αὐτῶν λαθραίως τὰ δακτυλίδια αὐτῶν, ἑνὸς ἑκάστου ἰδίως, καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺς εἰς τὸν τῶν Περσῶν Βασιλέα, ὅστις ἐκαλεῖτο Σάβαρος· τέσσαρας μὲν μαγίστρους, τὸν Ἀδὰμ, τὸν Προτάσιον, τὸν Σκό- 20.
λυμβρον, τὸν Φιλόξενον. ὀκτὼ δὲ πατρικίους, τὸν Πρόβον, τὸν Δομνῖνον, τὸν Δάριον, τὸν Μαῦρον, τὸν Ῥοδανὸν, τὸν Σαλτίωνα, τὸν ἔπαρχον Μόδεστον, τὸν Εὔβουλον, μετὰ πλείστου στρατοῦ ἐξαπέστειλεν αὐτοὺς, ποιήσαντας δέκα ἓξ μῆνας ἐν Περσίδι. Ὁ δὲ μέγας Κωνσταντῖνος ἀποστείλας εἰς Ῥώμην, ἀνελάβετο τὰς γυναῖκας αὐτῶν, καὶ τὰ τέκνα, καὶ τὰς φαμιλίας. ἔπεμψε δὲ καὶ κτίστας μηχανικοὺς, ἵνα ἴδωσι τοὺς οἴκους αὐτῶν, καὶ
C τοὺς τόπους ἑνὸς ἑκάστου, ποῦ κεῖνται, καὶ ὅπως, ἑτέρας ἐπὶ τοὺς αἰγιαλοὺς τῆς θαλάσσης, ἄλλας ἐπὶ τὰς ὑπωρείας, καὶ τὰ σχήματα τῶν κτισμάτων, καὶ τὰς ἀνόδους οἷαι ἦσαν κοχλιώδεις. καὶ λαβόντες τὰς φαμιλίας τῶν συγκλητικῶν, ἀνῆλθον ἐπὶ τὸ Βυζάντιον, καὶ ἔκτισαν ὅμοια ἕκαστα, καὶ ἐκάθισαν ἐντὸς αὐτῶν τὰς φαμιλίας τούτων. Ἐκεῖσε ἐλθόντες γοῦν ἐκ τῆς Περσικῆς χώρας μετὰ νίκης, ἀναλαβόμενοι καὶ ἐπακτὰ κεντηνάρια τετρακόσια ἑξήκοντα πέντε, ἐδέξατο αὐτοὺς ὁ Βασιλεὺς, καὶ ποιήσας εὐωχίας εἶπεν αὐτοῖς. Θέλετε ἀπελθεῖν εἰς τὴν Ῥώμην; δοκιμάζων αὐτούς· οἱ δὲ ἔφησαν μὴ κατελθεῖν μέχρι δύο μηνῶν. ὁ δὲ Βασιλεὺς ἔφη· ὀψὲ, ἔχω δοῦναι ὑμῖν τὰς οἰκίας ὑμῶν. προστάξας Εὐφράτῃ τῷ
D παρακοιμωμένῳ αὐτοῦ, ὅστις καὶ ἐποίησε τὸν μέγαν Κωνσταν- 21.
τῖνον Χριστιανὸν, ἑνὶ ἑκάστῳ ἀποδοῦναι αὐτῶν τοὺς οἴκους. ὡς γοῦν εἶδον τοὺς πυλεῶνας, καὶ τὰς αὐλὰς, καὶ τὰς ἀνόδους, ὁμοίας τῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ τὰ μέτρα, καὶ τὰ σχήματα, καὶ τὰ ὕψη, καὶ τὴν ἀπόβλεψιν τῶν θυρίδων. ἔδοξαν εἶναι ἐκ φαντασίας εἰς τὴν Ῥώμην. εὑρόντες δὲ καὶ τὰς φαμιλίας αὐτῶν ἐξεπλάγησαν. ἐρωτήσαντες δὲ τὰς ἑαυτῶν φαμιλίας, καὶ μαθόντες ἀκριβῶς, τότε ἐπίστευσαν, ὡς οὐκ ἔστι φάντασμα, ἀλλὰ φρόνησις τοῦ Βασιλέως, ὅτι ἄκοντας καὶ μὴ βουλομένους ᾤκισεν ἐνταῦθα. ἐκ δὲ τῶν ὀνομάτων αὐτῶν εἰλήφασιν οἱ τόποι τὰς προσηγορίας. ὁ Φιλόξενος κινστέρναν ἔκτισε, τὴν ἐπονομαζομένην Φιλοξένου. ὁ Πρόβος ἀνήγειρε τὸν ναὸν τοῦ Προ-
E δρόμου, ὅνπερ ὁ Καβαλῖνος ἐποίησεν ἐργοδόσιον, τὸ λεγόμενον Πρόβου. ὁ Δομνῖνος ἔκτισεν οἶκον εἰς τὰ Μαυριανοῦ, ὅνπερ ἔχει ὁ Ἀγρικόλαος. ὁ Δάριος ἔκτισε τὸν Κανατίσσας τοῦ Σκληροῦ. ὁ Μαῦρος ἔκτισεν οἶκον, ὃς λέγεται νῦν τοῦ Βελλονᾶ. ὁ Ῥοδανὸς ἔκτισεν οἶκον, ὃς καλεῖται τὰ ἐν οὐρανοῖς. ἐπὶ δὲ τῆς Μαμαίνης ὁ Σαλτίων ἔκτισεν οἶκον, ὃς καλεῖται τοῦ Κορδομίτου. ὁ Μόδεστος ἔκτισεν οἶκον εἰς τοὺς ἁγίους Ἀπο-

ςόλους

Μέσον δὲ τοῦ σταυροῦ ἡ τύχη τῆς πόλεως, κατῴκισε κλειδόμενον καὶ ἐστοιχειωμένον, &c.) ἐστοιχειωμένον hoc loco idem valet quod τετελεσμένον, hoc est, *magice consecratam*. Ita στοιχειώδη τῆς πόλεως φυλακτήρια vocat Nicetas Choniates *statuas & imagines consecratas*, quarum virente urbs credebatur conservari incolumis. Hujusmodi autem statuas conficere & consecrare ipsemet Codinus num. 63. ἀγάλματα στοιχειοῦν appellat. Dicit igitur Codinus hoc loco, mediam crucem, quam Constantinus & Helena manibus gestabant, ambiisse catenam, clausam & magice consecratam, in qua fatum seu fortuna urbis crederetur consistere, ita ut, quousque illa catena integra & obserata maneret, urbs omnium gentium victrix esset, & ab hostium impetu libera. De ejusmodi consecrationibus magicis, quæ ad regnorum & urbium conservationem, vel ad hostium incursiones prohibendas antiquitus adhibebantur, prolixe agit Cl. Salmasius ad Fl. Vopiscum. Quare non nisi unicum adscribam locum ex Augustini de Civit. Dei lib. 5. cap. 26. quem observavi huic rei illustrandæ servire posse. Verba Augustini sunt hæc: *Victor autem* (Theodosius contra Eugenium tyrannum) *sicut crediderat & prædixerat, Jovis simulacra, quæ adversus eum fuerant, nescio quibus ritibus velut consecrata, & in Alpibus constituta, deposuit*.

Η δὲ κλεὶς τοῦ κατηνίου κατεχώσθη ἐν τοῖς βάθροις τοῦ κίονος) κατήνα & κατήνιον Græcis recentioribus *catenam* significant. In aliquot Codicibus pro κίονος perperam legitur, κιονίου.

Σοφίας τῆς γυναικὸς Ιουστίνου τοῦ Θρᾳκός) Scribe Ιουστίνου τοῦ ἀπὸ Κουροπαλατῶν. Omnibus Scriptoribus Historiæ CP. constat, Justini Thracis uxorem Euphemiam nominatam fuisse, Justini vero Curopalatæ Sophiam. Corrigendus etiam Svidas v. μίλιον, ubi legitur, Σοφίας τῆς γυναικὸς Ιουστινιανοῦ; scribendum Ιουστίνου, scilicet Curopalatæ, vel ut loqui amat Anonymus in Collectaneis, τοῦ μετὰ τὸν μέγιστον Ιουστινιανόν.

Καὶ Αραβίας τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ καὶ Ελένης ἀνεψιᾶς αὐτοῦ) Apud Svidam v. μίλιον, utrobique pro αὐτοῦ legitur αὐτῆς. Itidem in Collectaneis Anonymi. Pro Αραβίας, in Cod. Vat. scriptum inveni, ἀρραβίας. Fuit hæc Arabia Justini Junioris & Sophiæ filia: Helena vero filia fuit Baduarii Curopalatæ, & Arabiæ, neptis Justini junioris.

Θεματικοί) hoc est, ἐπαρχιῶται, seu *Provinciales*. 40

Τὰ πιττάκια αὐτῶν) πιττάκια hoc loco *libellos supplices* significant.

Τὰ ῥιπτόμενα δεητικὰ πιττάκια) Perperam in Cod. Bavar. scriptum fuit, τὰ ῥιπτόμενα δ᾽ ἐκεῖνα πιττάκια. πιττάκια δεητικὰ sunt *libelli supplices*: paulo inferius vocantur δεήσεις, & *ii qui supplicant*, seu *libellos supplices offerunt*, οἱ δεόμενοι. In uno Codice Vaticano pro δεητικὰ, scriptum reperi δουλικά.

Στήλας ἱστῶσιν) Cod. Vat. σύλας ἔστησαν.

Αλόγιστοι δέ τινες) ἀλογίστους vocat Codinus vel qui omnino Christianæ fidei adversantur, vel qui Christianos quidem se profitentur, sed non Catholicos. Ita alias hoc libro Leonem Isaurum Iconomachum ἀλόγιστον nuncupat. 41

Κατεβιβάσθη) In Cod. Bavar. scriptum fuit, κατεχώσθη.

Τότε δὲ ἦν ὁ Συμεὼν ὁ ὅσιος) Quisnam est hic Symeon, quem Codinus tempore Phocæ tyranni vixisse ait? Scio equidem fuisse duos Symeones Stylitas, quorum primus temporibus Impp. Marciani & Leonis Macelli floruit, ut referunt Cedrenus, Svidas, & complures alii Scriptores: secundus circa annum duodecimum Mauricii Imp. vitam finivit, ut testantur Evagrius lib. 4. cap. 22. & Nicephorus Callistus lib. 18. cap. 24. sed cum uterque ante Phocæ imperium vixerit, nihil ad rem præsentem faciant. pag. 159. In Cod. Vat. pro ὁ Συμεὼν ὁ ὅσιος legitur, ὁ Σιμεὼν ὁ ὅσιος: quare scribendum censeo, τότε δὲ ἦν ὁ Συκεώτης ὁ ὅσιος: vel, quod idem valet, τότε δὲ ἦν ὁ ὅσιος Θεόδωρος ὁ Συκεώτης, id est, *vivebat tunc temporis S. Theodorus Syceota*. Ita vero emendandum esse hunc locum, patet ex Anonymi Collectaneis Chronicis, unde quicquid hoc loco Codinus narrat, de statua Phocæ & S. Theodoro Syceota desumtum est. ἡ σύλη, inquit, ἡ ὄπισθεν τῆς μαγγανίας, κατὰ τὸ ἀνατολικὸν μέρος τοῦ ὁλκοῦ μετατεθεῖσα, Φωκᾶ ἐστι. ταύτην ἐν τῷ ἑβδόμῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ τυφθὲν τελέως περὶ τὴν ἀνάλυσιν ἀπεδέξατο. μοναχὸς δέ τις ἐκ τῆς ὁσίας Θεοδώρου τοῦ λεγομένου Συκεώτου μονῆς, κατὰ ταῦτα γὰρ καὶ ὁ μακάριος Θεόδωρος ἦν ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ αὐτοῦ Φωκᾶ, &c. Cæterum cognomen Συκεώτου S. Theodorus accepit a loco quodam Galatiæ, nuncupa-

to συκεών, unde oriundus fuit, ut testatur Menologium Græcorum die 22. Aprilis: ὁ ὅσιος Θεόδωρος ὁ συκεώτης ὥρμητο ἐκ τῆς τῶν Γαλατῶν χώρας ἐκ χωρίου λεγομένου συκεοῦ, κατὰ τοὺς χρόνους γενηθεὶς Ἰουστινιανοῦ τοῦ παλαιοῦ, &c. Ibidem de eo hic versus legitur:

Ἐνθάδε δάστηρίο συκεωτίου τύμβος ἔκρυψεν.

ubi nota, eum omisso nomine Theodori simpliciter vocari συκεώτην: Ad eumdem enim modum hoc quoque loco apud Codinum scriptum fuisse, & scribendum esse credo, τότε δὲ ἦν ὁ Συκεώτης ὁ ὅσιος.

Η δὲ ἐν τῷ Ζεύξιππῳ λουτρῷ ἱσταμένη εὐλα, &c.) Statuarum, quæ positæ fuerunt in balneo Constantinopolitano nuncupato Zeuxippi vel Zeuxippo, elegans extat descriptio Christodori Poetæ: qui vixit sub Anastasio Dicoro. Sed perperam nunc in epigrammata dissecta, & quinto Anthologiæ libro inserta est. Titulus ejus in Codice manuscripto hic habetur: Χριστοδώρου ποιητοῦ τοῦ Θηβαίου Κοπτίτου ἔκφρασις τῶν ἀγαλμάτων τῶν εἰς τὸ δημόσιον γυμνάσιον τοῦ ἐπικαλουμένου Ζευξίππου, id est, *Christodori Poetæ Thebani Coptitæ descriptio simulachrorum, quæ visuntur in publico gymnasio balnei cognominati Zeuxippi*. In codicibus impressis male pro κοπτίτου, editum est κοπίτου; oriundus enim fuit Christodorus ex Copto, celeberrima olim Ægypti urbe, & Thebaidos metropoli. Præterea notandum est, in iisdem Codicibus post versum sao.

Οὐ μόθον ἐνδύνων Πυλοσπίον, ἱστάμενος δέ.

tollendam esse Inscriptionem, εἰς Πυθαγόραν, & facta interpunctione post vocem πιλοσπίον, verba ἱστάμενος δὲ sine distinctione annectenda esse sequenti versui:

Ἔμπνει Πυθαγόρης Σάμιος σοφὸς, &c.

42 Τῶν Κουρσόρων) Κουρσοροι & κουρσωρες hic significant *equos cursus publici*, uti etiam in titulo 27. libri 57. Eclog. Basilicon, qui ita conceptus est; περὶ τοῦ δημοσίου δρόμου, ἐξ τῶν τοῖς κουρσόρων χρωμένων; In Cod. Vat. pro κουρσόρων, legitur κουρσαίρων. κουρσαίρες autem Græcis recentioribus vocantur nautæ: videtur ergo ὁ ἀλλαγὴ τῶν κουρσαίρων, exponenda esse *statio*, ubi cursores seu nuntii equos mutabant. Non equidem hoc absurdum est, sed tamen magis mihi placet, ut pro τῶν κουρσώρων, scribatur τῶν κουρσωρίων, scilicet ἵππων, vel ζώων. ἵπποι κουρσώριοι, seu *equi cursorii*, dicuntur equi publico cursui destinati. In Cod. Theod. appellantur *equi cursuales*, & apud Græcos juris Auctores, ζῶα δρομικά. Cursorii autem simpliciter hic dicuntur pro *cursoriis equis*, ut apud Sidonium epist. 5. lib. 1. *cursoria* pro nave cursoria, seu cursui publico maritimo destinata. *Ticini*, inquit, *cursoriam*, (sic navigio nomen) *ascendi*.

Καθ' ὃν τόπον ἀπετζακώνιζε τὰ κουρσωρα) Sensus

Edit. Paris. pag. 160. hujus loci quantum conjectura assequi possum, is est, Phocam tyrannum quam nescio ob causam CP. profugisse, &, ut iis, qui eum insequebantur fugientem, elaberetur, equis cursoriis, seu publico cursui destinatis, nervos incidisse, posteaque in urbem rediisse, imperioque potitum, ad perpetuam ejus rei memoriam erexisse duas equorum statuas, quibus nervi crurales incisi essent, & locum ab iis denominasse Δίιππιον. Sed vereor, ne suo more Codinus Phocam tyrannum confundat cum Barda Phoca Nicephori Phocæ Imperatoris nepote, cujus exilium, & affectatio Imperii quodammodo quasi umbra sunt hujus fabulæ de Phocæ tyranni fuga, & adeptione Imperii. Cæterum quod ait Codinus, Phocam nervos equorum incidisse, ne usui essent illis, qui ipsum insequebantur, ejus rei exemplum extat apud Zonaram in vita Justiniani Rhinotmeti secundum imperantis: οἷα τοὺς ἵππους πάντας νευροκοπήσαντες, ἵνα μὴ τούτοις χρῷντο οἱ πολέμιοι, τοῖς τοῦ τόξου σπάθαις ἐμβαλόντες, ἐπανῆλθον εἰς τὸ Βυζάντιον σὺν αἰσχύνῃ πολλῇ. Idem ad eumdem modum refert Cedrenus. Notandum vero apud utrumque eorum νευροκοπεῖν idem significare atque apud Codinum ἀντζακονεῖν. Nam ἄντζα, vel ἄγζα, vel ἄντα recentioribus Græcis dicitur pars exterior cruris tumida vel nervosa, ut testatur Eustathius ad Iliad. α'. p. 1061. ἔνθα ὅρα, inquit, ὅτι μυών ἡ γαστροκνημία ἐστὶν, ἣν ἡ τῶν πολλῶν γλῶσσα ἄντζαν φησί, συγκειμένην ἐκ νεύρων πολλῶν, καὶ συνεστραμμένων σαρκῶν. Videndus idem ad Iliad. ψ. p. 1326. In Cod. Bavar. pro καθ' ὃν τόπον perperam scriptum fuit, καθ' ὃν τρόπον.

Καὶ ἐκ τῶν ἐκεῖσε, ὅτι ἐχρημάτιζε πρότερον ἀλλαγὴ χερσαία, ἄλλαξε μέχρι τῆς χρυσέας πύλης) in Gretseri editione, & aliquot Codicibus MSS. perperam legitur, ἐκ τῶν ἐκεῖσε, ὅτι ἐχρημάτιζε πρότερον ἀλλαγὴ χερσαία, καὶ ἐκ τῆς ἐκεῖσε ἄλλαξε, &c. ἀλλαγὴν χερσαίαν verti *mutationem cursus publici terrestrem*. Hic autem Codini verbis confirmatur, quod pridem ad ista Sidonii verba, *Ticini Cursoriam ascendi*, observavit vir optimus doctissimusque Jacobus Sirmondus, cursum publicum non tantum per terras equis vehiculisque, sed etiam navigiis per maria fluviosque distributis, peragi solitum fuisse. Pro duplici enim hoc modo cursus publici duplices etiam fuere mutationes, seu stationes, nempe terrestres & maritimæ.

Δίιππον αὐτὸν ὀνομάσας τὸν τόπον) Ejusdem loci meminit alias Codinus hoc libro: καὶ εἰς τὸ Δίιππον ἦν ἡ ἀλλαγή. In uno Vat. pro Δίιππον, scriptum inveni Δίππον. In Cod. Bav. scriptum fuit Δίιππον. Mihi dubium non est, quin utrobique apud Codinum scribendum sit Διιππιον: dicit enim in præcedentibus, hunc locum ita denominatum fuisse a statuis duorum equorum, quas Phocas ibi erexerat. Bis etiam fit Dihippii mentio apud Zonaram in vita Constantini Copronymi.

Οὗτοι δὲ εἶναι ἐκ τῶν δώδεκα τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ὑπῆρχον) Supra dixit Codinus Constantinum Roma evocasse quatuor Magistros, Adan, Protasium, Scolymbrum, Philoxenum; & octo Patricios, Probum, Domninum, Darium, Maurum, Rhodanum, Salustium, Modestum, & Eubulum, iisque Constantinopoli suis sumtibus domus ædificari curasse, per omnia similes illis, quas Romæ reliquerant. Has igitur duodecim illas domus esse puto, quarum unam Codinus hoc loco ait cognominatam fuisse *Lausi*.

Ἀρκαδίου δὲ τοῦ υἱοῦ Θεοδοσίου) in Cod. Bavar. scriptum fuit, Ἀρκαδίου δὲ καὶ Θεοδοσίου τοῦ υἱοῦ. 43

Ὅσα ἐποίησε) Rectius in Cod. Vat. legitur, ὅτι: paulo post pro ὑπὲρ τῶν παρ' αὐτοῦ κτισθέντων ναῶν, legitur ibidem, ὑπὲρ τοὺς παρ' αὐτοῦ κτισθέντας ναούς.

Ἐν αὐτῷ τῷ Βασιλικῷ χρυσορόφῳ ὄπισθεν) Hic locus ex 44
Cod. Vat. & Anonymi Collectan. περὶ θεαμάτων, ita restituendus est: τὸ δὲ ἐν αὐτῷ τῷ βασιλικῷ χρυσορόφῳ, ὄπισθεν τοῦ μιλίου, ἀνδρείκελον ἄγαλμα χρυσόμβαφον (ἔνθα ἦν τὸ ἐξάμμον Ηρακλείου τοῦ Βασιλείου) καὶ γονυκλιτὲς, Ἰουστινιανοῦ ἐστι τοῦ τυράννου, id est *Statua inaurata virilis & genuflexa, quæ in ipsa Basilica aurea laqueari operta pone Milium est collocata, Justiniani tyranni est*. Verba, ἔνθα ἦν τὸ ἐξάμμον Ηρακλείου τοῦ βασιλείου, parenthesi includenda: quid vero sibi velint, nondum satis mihi constat. In Anonymi Collect. legitur, ἔνθα τὸ ἐξάμμον Ηρακλείου τοῦ Βασιλείου κατεσκευάσθη. Apud Suidam, v. βασιλικόν, præpositio ὑπὸ ante Ηρακλείου inserta est. Ibidem pro Ἰουστινιανοῦ τοῦ τυράννου, scribendum est, Ἰουστινιανοῦ τοῦ τυράννου, id est, *Justiniani Rhinotmeti*, ut patet ex Anonymi Collect. περὶ θεαμάτων, ubi prolixius agitur de hac Justiniani Rhinotmeti statua genuflexa. pag. 161.

Ἐλθὼν ὁ Τέρβελις ἐδουλαγώρησεν) Nempe Terbelis Bulgarorum princeps, cujus auxilio Justinianus Rhinotmetus Imperium recuperavit.

Ἔνθα ἦν ὁ χαλκῆ φυλαττόντων πολλά) In uno Cod. Vat. legitur, ἔνθα καὶ χαλκῆ ἐφυλάττετο πολλά: sed rectius in alio Cod. scriptum reperi, ἔνθα ἦν καὶ χαλκῆ φυλαττόντων τῶν πολλῶν.

Ὅρος δὲ ἦν πρὸ τῶν μέρων τῶν ἀναβαθμῶν) In Anonymi Collect. legitur, ὅρον γὰρ εἶναι πρώτου μέρους τῶν ἀναβαθμῶν τῶν αὐτ. ἔλεγον.

Ἐμεινε δὲ ἐκεῖσε ἀργυροκόπος, ἐναντίους ζυγοῖς τῶν πράσιν ποιούμενος) In Cod. Vat. legitur, ἔμεινε δὲ ἐκεῖσε ἀργυροκόπος ἐναντίοις ζυγοῖς, &c. Apud Suid. legitur, ἀργυροκόπος ἐν πλαστοῖς ζυγοῖς τῶν πράσιν ποιούμενος: quam lectionem confirmat, quod paulo post eumdem ζυγοπλάστην vocat: ita autem dicitur *falsus libripens*, seu qui πλαστοῖς ζυγοῖς, hoc est, *lancibus adulterinis* in librando

In Cod. Excerpt. Animad.

Proverb. c. 11. v. 1. ζυγοὶ δόλιοι. c. 16. v. 23. στάθμιον καὶ ζυγὸς δόλιος. vide Deuter. 25. v. 14.

etitur. Quos ergo Suidas πλαστοὺς ζυγοὺς vocat, eos appellat Codinus ἀνίσους ζυγοὺς, id est, *lances iniquas*, seu impares, quibus opponuntur ἰσοζυγοὶ sive *lances æquæ*, & pares. Hinc corrigenda Suidæ versio, v. Βασιλικοῦ, ubi perperam ζυγοπλάστην Interpretantur *fabrum librarum*, & ἐν πλαστοῖς ζυγοῖς τὰς πράσεις ποιεῖν, *libras a se factas vendere*, vel *in libris a se factis suas merces vendere*.

45 Ἐπὶ δὲ Ιουλιανοῦ ὑπάτου) In aliquot Codicibus legitur ἱππάρχου.

Ὅτι ἐν τῷ Μιλίῳ ἐν τέτρασιν ἵπποις πυρίνοις ἅρμα Ἡλίου ἱστάμενον) vocem Ἡλίου male ante omissam ex Collect. Anonymi restitui. Eadem Suidæ v. μίλιον restituenda est, ubi æque desideratur. In Codice Vaticano hic locus ita legitur: Ὅτι ἅρμα Ἡλίου ἐν τέσσαρσιν ἵπποις πυρίνοις ἱστάμενον παρὰ δύο κιόνων ἐκ παλαιοῦ ὑπῆρχεν ἐν τῷ εἰρημένῳ μιλίῳ.

Ἔνθα εὐφημίσθη ὁ μέγας Κωνσταντῖνος, μετὰ τὸ νικῆσαι Ἀζώτιον· ἐνθάδε καὶ Βύζας ὁμοίως εὐφημίσθη) In Anonymi Collectaneis, περὶ θεαμάτων, ita legitur: ἔνθα Κωνσταντῖνος ὁ μέγας εὐφημίσθη μετὰ τὸ νικῆσαι Ἀζώτιον, καὶ Βύζαν, καὶ αὐτὸν, ὀρίζοντος τοῦ Βενέτου μέρους· ἦλθε παλίνορσον ἱμάσθλην, ὡς δὲ δὶς ἀθύρσας μοῦνος ἐν σταδίῳ. Hinc patet duplex Codini error: primo enim confundit Constantinum Magnum Imp. cum Constantino quodam auriga Circensi, in quem aliquot extant epigrammata Anthologiæ lib. 5. Deinde hunc Constantinum confundit cum alio auriga Porphyrio, in quem similiter plurima epigrammata, unius partem, qua continetur εὐφημισμὸς, seu fausta acclamatio Venetæ factionis, citat in supra citatis verbis Anonymus, περὶ θεαμάτων, epigramma hoc est:

Πορφύριον λήξαντα πόνων, λύσαντα τε μίτρην
  Καὶ πῶρος αὐτ' ἀεθλοῦ χάλκεον ἔστησε
Τῇδε πάλιν χαλκῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἱδρύσαντο
  Πρέσβυ, σοὶ δὲ ξυνὸν ἀντιάσαι γεράων
Δῆμος μὲν Βένετος· ἦλθε παλίνορσον ἱμάσθλην,
  Ὡς δὲ δὶς ἀθύρσας, μοῦνος ἐν σταδίοις.

Hinc Porphyrius factionis Venetæ auriga is est, quem perperam Codinus Constantinum Magnum vocat, & ob devictum Azotium fausta acclamatione exceptum ait. Ipsa verba illius acclamationis continentur ultimo disticho citati epigrammatis. Azotium vero intelligo Prasinæ factionis aurigam, qui cum Porphyrio de palma certavit. Plura super hac re notavi ad citatum Anonymi locum ex Collectaneis περὶ θεαμάτων, num. 187. Similiter corrigendus & illustrandus est Suidas, qui suo more, ea quæ hic apud Codinum leguntur, iisdem omnino verbis Lexico suo infarcivit, voce μίλιον.

Edit. Paris. pag. 161.

Κατενεχθὲν δὲ τὸ ἅρμα ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ δορυφορούμενον στηλίδιον καινὸν, παρὰ Κωνσταντίνου σκευασθὲν, ὑπὸ Ἡλίου φερόμενον, τύχη πόλεως, εἰς τὸ κάμα εἰσῄει καὶ στεφανωθὲν ἐξῄει) Hic locus ex Vaticano Codice, & Anonymi Collectaneis ita reformandus est: Κατενεχθέντος δὲ τοῦ ἅρματος ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ, στηλίδιον καινὸν παρὰ Κωνσταντίνου ἐσκευάσθη εἰς τύχην τῆς πόλεως, ὑπὸ Ἡλίου φερόμενον, ὅπερ δορυφορούμενον εἰσῄει εἰς τὸ κάμα καὶ στεφανωθὲν ἐξῄει. id est, *Postquam autem ille currus in Hippodromo subversus est: fecit Constantinus novam statuam Fortunæ urbis, portatam a Sole, quæ magno comitatu in tribunal Hippodromi deducebatur, indeque coronata iterum exibat*. Similiter corrigendus & vertendus est hic locus apud Suidam, voce μίλιον. ubi æque corrupte legitur. Statuæ autem Fortunæ urbis & pompæ, qua in tribunal Hippodromi deducebatur, meminit ipse Codinus, num. 40. his verbis, ἐν οἷς, inquit, ἵσταται καὶ ἵπποι χρυσολαμπεῖς τέσσαρες καὶ διφρηλάτης ἐπὶ τοῦ δίφρου, ἐν τῇ δεξιᾷ φέρων χειρὶ μικρόν τι ἄγαλμα, ὅπερ, ὡς προγέγραπται, εἰς τύχην τῆς πόλεως ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἐτίμησε, ἕως τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου θέαμα παρὰ τῶν πολιτῶν γενόμενον, μετὰ κηρῶν λαμπαδοφοροῦντες οἱ πολῖται καὶ ὀψικεύοντες, ἐπάνω ἅρματος φέροντες ἦγον αὐτὸ τῆς κογχίλου ἕως τοῦ κάμματος. τοῦτο δὲ ἐξετίθουν, ὅτε τῆς πόλεως ἑώρταζον τὰ γενέθλια. Utrumque Codini locum plenissime illustrat Chronicon Alexandrinum, in quo de eadem Fortunæ urbis statua hæc leguntur: ποιήσας (scilicet Constantinus) ἑαυτῷ ἄλλην στήλην ἀπὸ ξοάνου κεχρυσωμένην, βαστάζουσαν ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ τὴν τύχην τῆς αὐτῆς πόλεως καὶ αὐτὴν κεχρυσωμένην, κελεύσας κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν τοῦ γενεθλιακοῦ ἱππικοῦ εἰσιέναι τὴν αὐτὴν τοῦ ξοάνου στήλην διευθυνομένην ὑπὸ τῶν στρατευμάτων μετὰ χλαμύδων, &c. Sensus est, Constantinum præter illam statuam Porphyreticæ columnæ Fori impositam, aliam sibi fecisse ex marmore, dextra gestantem simulachrum auratum Fortunæ urbis Constantinopolitanæ, atque constituisse ut imposterum quotannis die urbis natali ea statua in Hippodromum spectanda deduceretur, exercitu & civibus comitantibus. Inde igitur patet Theama, seu Spectaculum, quod hoc loco Codinus describit fuisse statuam Constantini Magni, capite radiato instar Solis, quadrigam agitantem, porrectaque dextra sustinentem simulachrum Fortunæ urbis Constantinopolitanæ. Quod dixi Constantini Magni statuam fuisse, manifeste testatur Chronicon Alexandrinum: fuisse figuratam instar Solis capite radiato, Codini hæc verba indicant, ὑπὸ Ἡλίου φερόμενον: ibi enim per Solem intelligenda est Constantini statua instar Solis, ut dixi, capite radiato formata. Ita in columna Porphyretica Fori visebatur Constantinus, διὰ τὰς ἐν τῇ κεφαλῇ ἀκτῖνας, ὡς Ἥλιος τοῖς πολίταις ἐκλάμπων. ut refert paulo post Codinus, ubi agitur de columna Fori. Visitur etiam in aliquot nummis antiquis Constantinus ἀκτινοκέφαλος. Quod præterea dixi, hanc Constantini statuam quadrigam agitasse, porrectaque dextra sustinuisse victoriolam, ex his Codini verbis elicitur, καὶ ἵπποι χρυσολαμπεῖς τέσσαρες, καὶ διφρηλάτης ἐπὶ τοῦ δίφρου ἐν τῇ δεξιᾷ φέρων χειρὶ μικρόν τι ἄγαλμα, ὅπερ ὡς προγέγραπται, εἰς τύχην τῆς πόλεως ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἐτίμησε. Quem hic Codinus διφρηλάτην, seu aurigam vocat, ipse erat Constantinus, vehens curru quadrigarum, & dextra gestans parvum aliquod simulachrum, quod cultum fuisse ait pro Genio seu Fortuna urbis. Sed verisimile mihi videtur, quam Codinus Fortunam urbis vocat, fuisse Victoriolam. Ita in nummo quodam antiquo conspicitur Nero Imperator quadrigæ insistens, & sinistra palmam, dextra Victoriam tenens ipsum coronantem.

Εἰς τὸ κάμμα εἰσῄει καὶ στεφανωθὲν ἐξῄει) Perperam antea legebatur κῶμα. Itidem corrigendus est Suidas v. μιλίου. Utrobique Interpretes a vero sensu toto cælo aberrant. κάμμα hic significat τὸ καθίσμα βασιλικὸν τοῦ ἱπποδρομίου, *tribunal Hippodromi*, in quo Imperator sedebat, cum spectaret ludos Circenses. Vide quæ notavi num. 17. ad illa verba, καὶ ἀνέρχεσθαι μέχρι τοῦ κάμματος. pag. 163.

Ἔνθα Ἄρειος τὸν ἔχθιστον θάνατον ἀπὸ καμάρας τοῦ φόρου τοῦ Σεβήρου ἀπέθανεν. ἔνθα καὶ ἵστανται ὑπὸ τοῦ Θεοφίλου Θεοδοσίου Ἄρειος ἐν μαρμάρῳ ἀνάγλυφος, χαμαὶ τῇ γῇ, καὶ σὺν τῷ τοῦ Ἀρείου, καὶ Μακεδονίου, &c.) Quicquid hic narrat Codinus de Ario, fragmentum est tertii Theamatis seu Spectaculi, quod erat in foro. Integra ejus descriptio extat in Collectaneis Anonymi, περὶ θεαμάτων, ex quibus ex Codice Vaticano hic Codini locus ita supplendus & reformandus est: ἔνθα (sc. ἐν τῇ καμάρᾳ τοῦ φόρου) καὶ Ἄρειος τὸν ἔχθιστον θάνατον ὑπέστη, χείρονα Ἑλλήνων βλασφημίαν ἀποτολμήσας ὁ δείλαιος, καὶ τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως βασιλικῇ χειρὶ καθαρπάσαι βουλόμενος, ἀλλ' ὑπ' Ἀλεξάνδρου, τότε παρ' ἐκεῖ, διὰ τῆς ἀληθείας τούτου παρέδωκεν. ἐν αὐτῷ δὲ τῷ τόπῳ καὶ παλαιοὶ ἀπὸ τῆς καμάρας τοῦ Σεβήρου τοῦ φόρου ὑπὸ τοῦ Θεοφίλου Θεοδοσίου ἵστανται ἡ τοῦ Ἀρείου εἰκὼν, ἐν μαρμάρῳ ἀνάγλυφος, χαμαὶ οὖσι τῇ γῇ, τοῦ σὺν τῷ τοῦ Ἀρείου καὶ ἡ Μακεδονίου, Σαβελλίου, καὶ Εὐνομίου πρὸς αἰσχύνην αὐτῶν, ὡς ἂν οἱ παρερχόμενοι κόπρον, καὶ οὖρον, καὶ ἐμπτύσματα ἐρρίπτωσιν αὐτοῖς, id

eſt, *Quo in loco* (ſcilicet in Fornice Fori) *etiam Arius horrenda morte obiit, qui pejus quam ipſi Gentiles Chriſto maledicere audebat, & Epiſcopatum Conſtantinopoleos fretus potentia Imperatoris per vim invadere conabatur. Sed huic Alexander Epiſcopus reſtitit atque adeo donec ipſum adegit ad mortem. Ibidem igitur viginti novem palmas a camera Senaculi, quod eſt in Foro, pius Theodoſius Arii, & Macedonii, & Sabellii, & Eunomii imagines propter contemptum marmori inſculpi curavit adeo humili, ut a prætereuntibus ſtercore, lotio, & ſputo contaminarentur.*

Ἀπὸ τῆς καμάρας τοῦ φόρου τοῦ Σενάτου) Scribe τοῦ Σινάτου τοῦ φόρου, hoc eſt, *camera Senaculi, quod eſt in Foro*, ſcilicet Conſtantiano, ubi ſtabat columna Porphyretica.

Ὅτι τὸ Σενάτον, ὡς οἱ μὲν λέγουσιν, ἐξ ἀρχῆς ἦν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας) Ita ex Codice Vaticano reſtitui. Antea legebatur, ὅτι τὸ Σενάτον, ὡς οἶμαι, λέγουσιν εἶναι τῆς, &c.

Οἱ πατρίκιοι) Anonymus in Collectan. ὑπάτους vocat.

46. Καὶ Καλλίστρατος πρῶτος, &c.) Hæc prolixius narrantur in Anonymi Collect.

Τοῦ δήμου πράξαντος) Factio intelligitur Praſina.

Τεθεῖσθαι δὲ τοῦ κίονος τοῦ Φόρου ἔσωθεν καὶ τὸ παλλάδιον τειχίον) In aliquot Codd. Vaticanis & Bavarico, pro τὸ παλλάδιον τειχίον, perperam legitur, τὸ παλλάδιον τειχίον: quo mendo deceptus Meurſius alias inauditum vocabulum παλλάδιον inter Græco-barbara retulit. Palladii hujus meminit Chronicon Alexandrinum: ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ἀφελὼν κρυπτῶς ἀπὸ Ῥώμης τὸ λεγόμενον παλλάδιον ἔθηκεν αὐτὸ ἐν τῷ ὑπ' αὐτοῦ κτισθέντι φόρῳ, ὑποκάτω τοῦ κίονος τῆς στήλης αὐτοῦ. Et Julius Pollux in ſupra citato fragmento Chronici inediti: ἀγαγὼν δὲ καὶ τὸ παλλάδιον ἐξ ἀρχαίας Ῥώμης λάθρα, ἔθηκεν εἰς τὸν αὐτοῦ φόρον ὑποκάτω τοῦ κίονος τῆς στήλης αὐτοῦ.

Καὶ ἡ στήλη τοῦ Ἀπόλλωνος ἦν ἔστησε Κωνσταντῖνος ὁ μέγας δίκην Ἡλίου εἰς ὄνομα αὐτοῦ, δὶς, &c.) Hæc celebris illa Apollinis ſtatua, quam Heliopoli deductam Conſtantinus Magnus Columnæ Porphyreticæ Fori impoſuit, addita hac inſcriptione: ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΩ ΛΑΜΠΟΝΤΙ ΗΛΙΟΝ ΔΙΚΗΝ. id eſt, *Conſtantino Solis inſtar ſplendenti*. Inſcriptionem hanc reperi apud veterem Chronographum MS. Bibliot. Reg. cujus hæc verba ſunt, ubi agit de Conſtantino Magno: κτίζει δὲ τὴν πόλιν αὐτὸ μὲν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ ἔτει αὐτοῦ, τῷ πρὸς τὸ Βυζάντιον εἰκοστῷ πρώτῳ ἔτει ἀπὸ δὲ τῆς ἀρχῆς τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἔτει κα'. ἀπὸ δὲ Ἀδὰμ ἔτει ἦν ,εωλζ'. ἐντεῦθεν ἐλθὼν εἰς τὸ Βυζάντιον ἀναλαβὼν καὶ τοὺς ἁγίους καὶ ἐμφανεῖς πατέρας πρὸς τὸ ἐλευθερῶσαι παρ' αὐτῶν τὴν πόλιν ἣν ἔκτισεν οἰκοδόμησε δὲ παλάτιον καὶ ἱππικόν, καὶ τὰς δύο πορτικοὺς ἐμβόλους, καὶ τὸν φόρον, ἐν ᾧ κίονα μονόλιθον καὶ ὁλοπόρφυρον ἔστησεν, ἐκ Ῥώμης ἀγαγὼν, ἔνδυσας αὐτὸν ἐπὶ χαλκῶν γεγραμμένων. ἱδρύσατο δὲ ἐπάνω αὐτοῦ, ἀνδριάντα εἰς ὄνομα αὐτοῦ, ἐπιγράψας ἐπὶ τὰς ἀκτῖνας. ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΩ ΛΑΜΠΟΝΤΙ ΗΛΙΟΥ ΔΙΚΗΝ, ὃς ἦν μὲν ἔργον Φειδίου, ἤχθη δὲ ἐξ Ἀθηνῶν. Reſtituenda ergo eſt hæc inſcriptio Cedreno, apud quem corrupte legitur: ἐν ᾧ γέγραπται ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ. ἔλαμψεν ἡλίου δίκην; ὃς ἦν μὲν, &c. Corrigendus etiam Zonaras, ubi de hac ſtatua loquitur: λέγεται δὲ καὶ Ἀπόλλωνος εἶναι στήλη τὸ ἄγαλμα, καὶ μετενεχθῆναι ἀπὸ τῆς ἐν τῇ Φρυγίᾳ πόλεως τοῦ Ἡλίου. Ita Julius Pollux in ſupra citato fragmento Chronici inediti: καὶ ἐπάνω τοῦ κίονος ἔστησεν αὐτοῦ ἀνδριάντα, ἔχοντα ἐν τῇ αὐτοῦ κεφαλῇ ἀκτῖνας ζ'. ὅπερ χαλκούργημα ἤγαγεν ἐκ τῆς Ἡλιουπόλεως οὔσης τῆς Φρυγίας. Puto autem ſtatuæ illius ſolaris exemplar eſſe imaginem, quæ viſitur in quodam Conſtantini Magni nummo, vultu dextraque verſus cælum porrectis, ſeptem in capite radios gerens, atque ſiniſtra manu globum, cum inſcriptione CLARITAS REIPUBLICÆ.

Edit. Parif. pag. 164.

47. Κοπρίαν ἐκτὸς πορφύρου, &c.) Scribe κοπρίαν πορφύραν ταύτης καὶ αὐτὸ λέοντας, λαχεῖς τε, καὶ χοιροῦ κάπρον, &c. Fuit ſtatua Naturæ, quæ innumeris mammis & omnigenorum animalium capitibus circumdata figuratur. Vide quæ notavi ad Anonymi Collectanea, περὶ θεαμάτων. In Cod. Bavar. pro κοπρίαν perperam ſcriptum fuit κοπρίαν.

Καὶ τρυγόνες, ἢ μυιὸς, καὶ γαλῆς) In Cod. Bavar. corrupte ſcriptum fuit, καὶ τρυγόνες μυὸς, καὶ γαλῆς.

Γαληνὸς δέ τις ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος) Diverſus hic eſt a Galeno, qui ſub Marco, Commodo, & Pertinace Imperatoribus vixit.

Τὰ μέλλοντα συμβαίνειν Ζήνωνι περὶ Βερίνας) Nempe, quod Verina, Zenone genero fugato, fratrem ſuum Baſiliſcum ad Imperium promotura eſſet.

Καλλίστρατός τις συμφητὸς, κάπηλος τὴν τέχνην) Apud Anonymum in Collectaneis legitur: Καλλίστρατος δέ τις συμφητὸς μὲν τὸ γένος, κάπηλος δὲ τῇ ἀξίᾳ.

Εἰς τὸν ἀρτοτυρικὸν τόπον) Hujus loci meminit etiam num. 74. Μονόλιθος, inquit, μέγιστος στήλη ἐστήχθη ἐν τῇ πόλει, καὶ ἔστιν ἐπὶ τῶν ἀρτοτυρικῶν οἴκων, ἤγουν τῶν ἀρτοπωλείων.

Ἔνθα τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἥκοντας ἐδέχετο ἐκεῖσε. καὶ πρῶτον παλάτιον ὑπῆρχε καὶ ξενοδοχεῖον τῶν Ῥωμαίων, δηλονότι εἰς τὸ καλούμενον Ἀλωνίτζιον) Hæc verba ita tranſponenda ſunt: ἔνθα πρῶτον παλάτιον ὑπῆρχε ἢ ξενοδοχεῖον τῶν Ῥωμαίων, καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἥκοντας ἐδέχετο ἐκεῖσε, δηλονότι εἰς τὸ καλούμενον Ἀλωνίτζιον. Ἀλωνίτζιον Græcis recentioribus dicitur domus, quibuſcunque ſive indigenis, ſive peregrinis publice alendis, deſtinata. Conſtantinopoli κατ' ἐξοχὴν vocabatur Ἀλωνίτζιον, Palatium a Conſtantino Magno in regione Tauri extructum, in quod proceres Romæ antiquæ Conſtantinopolim venientes recipiebantur, ut teſtatur Codinus in libro *de ædificiis*, num. 80. Hoc loco ξενοδοχεῖον τῶν Ῥωμαίων appellat. In Cod. Bav. pro δηλονότι εἰς τὸ καλούμενον Ἀλωνίτζιον, perperam ſcriptum fuit δῆλον ὅτι εἰς τὸ καλούμενον Ἀλωνίτζιν. Pro Ἀλωνίτζιον etiam contracte ſcriptum invenitur ἀλωνίτζιν, ut pro καραβίτζιον, καραβίτζιν, pro σίτριον, σίτριν, &c. 48.

Ἐστιν ἔφιππος ὃν οἱ μὲν λέγουσιν Ἰησοῦν τὸν Ναυῆ) Hæc erat ſtatua ærea equeſtris poſita in foro Tauri ſupra baſin marmoream quadrilateram, quæ, uti refert Nicetas Choniates, ſiniſtræ manus vola tenebat globum, dextram vero verſus cælum extendebat, quare quidam crediderunt eſſe Jeſu Navæ, alii Bellerophontem eſſe putarunt cum Pegaſo, propterea quod equus eſſet effictus auribus velut ad tubæ clangorem arrectis, hinnienti ſimilis, & effrænus. Adſcribam ipſa Nicetæ Choniatæ verba, unde hæc deſumpſi; eorum pars extat in Annalibus ejus, ubi agit de Henrico Balduini fratre: ὃς (ſc. ἵππος) inquit, ἐπὶ λίθου λευκοῦ τετραπλεύρου κατὰ τὸν λεγόμενον Ταῦρον χαλκοῦς ἵσταμενος: ἤρωϊκόν τινα τὸν ἱππέα ἄνδρα, τὸν ἄλλο ἀξιοθέατον ἐπὶ τῶν νώτων ὀχεῖ, ὀλοφάλαρος, φρυαττόμενος, καὶ τὰ ὦτα ἀνεστὼς ὡς πρὸς σάλπιγγα. τοῦτον οἱ μὲν φασιν εἶναι Πήγασον καὶ τὸν ἐπιβάτην Βελλεροφόντην. οἱ δὲ τὸν Ἰησοῦν τὸν Ναυῆ, στῆναι pag. 165. ἐπικαλούμενον ἥλιον, καὶ δῆλον εἶναι τὸν ἄνδρα τῇ διαστολῇ τοῦ σχήματος πρὸς τὴν ἁρματηλασίαν τοῦ Ἡλίου, ἐξ τὸν δρόμον τὸν σελήνιον τὴν δεξιὰν χεῖρα ἐκτείνοντα, εἰς στάσιν τῷ πρόσω χωρεῖν, καὶ σφαιροειδὲς ἐκ χαλκοῦ χῶμα τῷ κοίλῳ τῆς λαιᾶς χειρὸς ὑπερέχοντα. Reliqua habentur in fragmento quodam ejus hiſtoriæ *de ſtatuis æneis, igni traditis poſt captam a Latinis Conſtantinopolim*, quod aſſervatur in Bibliotheca Vaticana, & hactenus, quod ſciam, non eſt editum: πλὴν ἀλλὰ καὶ τοῦτο τὸ περικαλλέστατον ἔργον τοῖς χωνευταῖς παρέδωκαν. ὥσπερ καὶ τὸν ἐν τῷ Ταύρῳ ἐπὶ τραπεζίου βάσεως ἱδρυμένον ἐφιππον ἱστάμενον ἄνδρα τὸν ἠρωϊκὸν τὸ εἶδος καὶ τὸ μέγεθος ἀξιάγαστον εἶναι δὲ οὗτος ἐλέγετο παρὰ μὲν ἐνίοις Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ, τεκμαιρομένοις τὸν ἄνδρα τῇ πρὸς ἥλιον ἐκτάσει τῆς χειρὸς, ἔδυ τὴν πρὸς δύσιν πορείαν, καὶ τὴν κατὰ Γαβαὼν σελήνην ἀναστήσαντα. ὡς δὲ ἐδόκει τοῖς πλείοσιν, ὁ ἐν τῷ νῦν τοῦ Πελοπος γεννηθεὶς καὶ τραφεὶς Βελλεροφόντης, Πηγάσῳ ἐποχούμενος. ἦν γὰρ ὁ ἵππος ἀχάλινος, ὁποῖος ὁ Πήγασος παραδίδοται, ἄνευ κρημνῶν κατὰ πεδίον, καὶ πάντα διὰ δεξιῶν ἀναβαίνων, ὡς πτηνός.

ἅμα ἐς πεζοῖς φερόμενοι. Hæc Nicetas. Sed quicquid ille dicat, mihi dubium non est, quin fuerit antiqui cujusdam Romanorum Imperatoris statua equestris; ita enim plerumque formari solitas fuisse, ex nummis & statuis antiquis hodieque videre est.

Τὸ δὲ τετράπλευρον τοῦ βάθρου τὸ λιθόξεστον ἔχει ἐγγεγραμμένας ἱστορίας τῶν ἐσχάτων τῆς πόλεως, &c.) Procul dubio inscriptio & cætera ornamenta intelligenda sunt, quæ basi illius equestris statuæ insculpta fuerunt. Sed Codinus hic nugatur, more recentiorum Græcorum, qui quascunque inscriptiones & figuras antiquitatis Romanæ, oracula & præsagia rerum futurarum interpretantur.

49. Καὶ τὸ ἐμπρόσθιον ἀνθρωποειδὲς χαλκούργημα βραχὺ παντελῶς καὶ δεδεμένον γονυκλινὲς ἔχει) Si genuina est hæc lectio, verbum ἔχει referendum videtur ad illud quod superius dixit, ἐγγεγραμμένας ἱστορίας τῶν ἐσχάτων τῆς πόλεως. Statuam autem virilem vinctam & genuflexam, quam Codinus ait ad pedes (sic enim vertit ἐμπρόσθιον) equestris illius statuæ fuisse collocatam, nationis cujusdam devictæ simulachrum fuisse verisimile est. γονυκλινὲς verti genu flexum, & hoc revera hic significat, uti etiam supra in descriptione thematis secundi, num. 44. τί δ' ἐν αὐτῇ τῇ βασιλικῇ χιονοφόρῳ, ὄπισθεν τοῦ μιλίου ἀνδριάντα ἄγαλμα χρυσέμβαφον, καὶ γονυκλινὲς, ἱστάμενον ἐστιν τυχαῖον. Errat igitur Meursius qui in Glossario Græcobarbaro utrumque Codini locum citans, γονυκλινὲς substantive accipi credit, & significare *pulvinar*, quod genibus substernitur.

Ο ποὺς ὁ ἀριστερὸς τοῦ μεγάλου καὶ αὐτὸς σημαίνει, ὅτι ἐκεῖσε ἐγγεγραμμένον) In Codice Vaticano hæc verba præcedentibus absque interpunctione annexa sunt, & pro ὁ ποὺς ὁ ἀριστερὸς τοῦ μεγάλου, καὶ αὐτὸς, &c. legitur, ὁ ποὺς ὁ ἀριστερὸς τοῦ ἵππου. καὶ αὐτὸς, &c. Quare credibile est, Codinum scripsisse, ὁ ποὺς ὁ ἀριστερὸς ὁ ἐμπρόσθιος τοῦ ἵππου, ἐν ᾧ τὸ ἀνθρωποειδὲς χαλκούργημα βραχὺ παντελῶς καὶ δεδεμένον γονυκλινὲς ἔχει, καὶ αὐτὸς σημαίνει, ὅτι ἐκεῖσε ἐγγεγραμμένον. id est, *Etiam equi pes lævus anterior, cui sigillum æreum, virile, vinctum, & genuflexum inclusum est, præsignificat, quæ in eo inscripta sunt*. Nempe respicit Codinus ad illud, quod refert Nicetas Choniates, in anteriori sinistra ungula illius equi latuisse imagunculam consecratam viri clavo transfixi, & plumbo undique cincti: quæ ad conservationem urbis, & prohibendas barbarorum incursiones, ibi inclusa erat. Vide ipsum Nicetam circa finem Annalium, ubi agit de Henrico Balduini fratre. Sed libitum quoque est ex paulo ante citato fragmento Vaticano, hactenus, ni fallor, inedito, aliquot ejusdem Auctoris verba adscribere, quibus eam rem declarat: εἶτα, inquit, καὶ φασὶ παλαιφάτως εἰς ἡμᾶς διαβαίνουσαν φήμη τῶν ἀπάντων ἐγκειμένων τόμασιν, ἐν τῇ ἐμπροσθίᾳ τοῦ ἵππου ποδὸς ὁπλῇ χαλκοῦ ἀνδρείκελον κεῖσθαι, τινὶ μὲν ἐκ τοῦ τῶν Βενετικῶν γένους τινὸς εἶναι παραδιδόμενον, ἄλλοις δὲ ἑτέρου τῶν μὴ ὑποσπόνδων Ῥωμαίοις ἐπιχωρίων ἐθνῶν, ὑπ' εἶναι Βουλγάρων ἐθνός. πολλάκις σημεῖον χαλκοῦ ἐντετυπωμένου ἀσφαλίσει, ἐς τὸ πάντη ἀφώρατον, ὂν οὐδένα πρότερον εἴδοσιν. κατακερματισθέντος δὲ τοῦ ἵππου, καὶ σὺν τῷ ἀναβάτῃ παραδοθέντος πυρὶ, εὕρηται καὶ τὸ ἐν τῇ ὁπλῇ τοῦ ἵππου ἐντυμβευόμενον χαλκοῦν ἴνδαλμα. καὶ ἐπὶ περικείμενον χλαῖναν, ὁποίαν τῶν ἐρριμμένων τὰ ὦμα πλέκουσιν. ὀλίγα δὲ τῶν ἐπ' αὐτῷ πεφημισμένων οἱ Λατῖνοι φροντίσαντες, πυρὶ καὶ τοῦτο ἐπέβαλον. De ejusmodi statuis consecratis alias quædam notavi.

Edit. Paris. pag. 166.

Ο μέγας κίων ὁ κοχλίας) Columnam Cochlidem Theodosii in Tauro sitam, hic intelligendam esse censeo, quæ ad summitatem usque intra se pervia erat, & circumcirca figuris sculptis exornata. Manuel Chrysoloras in epistola de comparatione veteris & novæ Romæ, κίονας περιγλύφους vocat. Ejus generis columnæ sunt, Trajana & Antonina, quæ hodieque Romæ visuntur. Codinus hic suo more nugatur, & figuras Romanas pro oraculis habet.

Εἰς καροῦχον) καροῦχι & καρροῦχα Græco-barbare dicitur *currus*.

50. Κατὰ τὸν σταυροειδῆ τύπον) Perperam in Cod. Bavar. scriptum fuit, κατὰ τὸν σταυρὸν εἶτα τύπον.

Ἱστορίας ἔχοντα ἐν αὐτῷ εἰκονικὰς: καὶ γράμματα, &c.) In Codice Vaticano legitur, ὅπερ, ἱστορίας τὰς ἐν αὐτῷ εἰκονικὰς καὶ, &c. utraque lectio proba est. Pro εἰκονικὰς in Cod. Bavar. scriptum fuit εἰκονικὰς, ἱστορίας εἰκονικὰς vocat Codinus *historias figuris expressas*.

51. Καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἀσπαζομένων) Loquitur de statuis Constantii & Constantis post patris obitum in spem perpetuæ concordiæ erectis in Philadelphio, quarum supra meminit, num. 49.

Ὅτι τὸ λεγόμενον μόδιον ὡρολόγιον ἐστὶ, ἤγουν τὸ ἔξαμον τοῦ μοδίου) Legendum esse videtur, ὅτι εἰς τὸ λεγόμενον μόδιον ὡρολόγιον ἐστὶ καὶ τὸ ἔξαμον τοῦ μοδίου. Vide quomodo verterim, & quid ea de re notaverim ad num. 73. & 74.

Ὡρίσθη δὲ τὸ μόδιον κουμούλιον πιαράσκεσθαι) *Cumulus* Latinis dicitur, quod Græci antiqui vocant σώρευμα & ἐπίμετρον, hoc est, *quod mensuræ plenæ seu justæ additur*. Idem apud recentiores valet κούμουλον. Sic hoc loco, & num. 73. *modium cumulatum* Codinus appellat μόδιον κουμούλιον.

Ῥίγλιον τὸν μόδιον) ῥίγλα vel ῥοῦγλα, quasi regula, Græcis recentioribus dicitur *radius*, seu *hostorium*, quod est instrumentum, quo raduntur mensuræ. Ita hic μόδιον, vel μόδιον ῥίγλιον appellatur *modius radio adæquatus*. Cæterum ῥίγλιον a ῥίγλα derivatur, ut a κούμουλον κουμούλιον.

Ἐχρημάτιζε δὲ ὡρολόγιον) Lege ἐχρημάτιζε δὲ ἐκεῖσε ὡρολόγιον. χρηματίζειν hic significat *esse*, ut sup. num. 4. ἔνθα καὶ νῦν τὸ τοῦ Ἀχιλλέως χρηματίζει λουτρόν. De Horologio autem in arcu Orientali fori positi, cujus hic mentio fit, pluribus agitur num. 74.

Ἔνθα ἐστὶ ποταμὸς, καὶ ἀπὸ Λύκου λατρευόμενος) Hæc est lectio Codicis Vaticani, quæ si genuina est, legendum videtur, ἔνθα καὶ ποταμὸς ὁ ἀπὸ Λύκου προσαγορευόμενος, hoc est, *ubi etiam fluvius est qui a lupo nomen habet*. Nempe intelligit fluviolum nomine Lycum, Byzantium transeuntem, cujus infra num. 150. ubi agit de renovatione templi SS. Apostolorum, ita meminit: ἡ Θεοδώρα δὲ ἡ γυνὴ τοῦ αὐτοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ, ἡ καὶ πολλοὺς ναοὺς δειμαμένη, διὰ τὸ διέρχεσθαι κάτωθεν τὸν ποταμὸν τοῦ Λύκου, ἀναγκασθεῖσα θεμέλιον παμμεγέθη, καὶ λίθους μεγίστους, ἔκτισε τὸν ναόν. Ejusdem fluvii mentionem facit Cedrenus. & adversus ejus exundationem Apollonium Tyaneum ait quas nescio consecrationes adhibuisse: verba ejus hæc sunt: καὶ Λύκου δὲ τὸν ποταμὸν ἐτελέσατο, ὥστε μὴ πλημμυρήσαντα τὸ Βυζάντιον καταποντωθῆναι. In Cod. Bavar. pro ἀπὸ Λύκου, scriptum fuit ἀπὸ λευκοῦ. Quod si hæc lectio alteri præferenda est scribendum videtur: ἔνθα ἐστὶ ποταμὸς ἀπὸ λευκοῦ λίθου ὁρώμενος, id est, *Ibidem visitur fluvius seu simulacrum fluvii ex candido lapide*. Ut vero hunc locum ita reformem, auctor mihi est Manuel Chrysoloras, qui in epist. de comparatione veteris & novæ Romæ, tradit supra caput rivuli (scilicet Lyci) qui Constantinopolim perlabitur, positam fuisse statuam ex candido lapide, quæ cubito videbatur inniti, καὶ ἄλλο δὲ, inquit, (sc. ἀνδρείκελον) ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ ἐκ λευκοῦ λίθου ἢ μαρμάρου, ὑπὲρ κεφαλῆς τοῦ διὰ τῆς πόλεως χειμάῤῥου, δοκοῦντος ἐπ' ἀγκῶνος ἀνακεῖσθαι. Hoc ergo illud simulachrum fluvii esse puto, quod nunc Codinus his verbis innuit: ἔνθα καὶ ποταμὸς ἀπὸ λευκοῦ λίθου ὁρώμενος. pag. 167

Καὶ Ἡρακλῆς ἀνακείμενος) Credo hic significari Herculis cubantis simulachrum, quod prius Romæ collocatum erat in a xv. regione. & postea Constantinopolim deductum, atque in Hippodromo positum fuit, ut supra testatur Codinus, num. 44. his verbis: ἔνθα καὶ Ἡρακλῆς ἐλατρεύετο, πολλὰς θυσίας δεξάμενος. ὃς ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ μετετέθη. ἐπὶ δὲ Ἰουλιανοῦ ὑπατικοῦ ἀπὸ Ῥώμης ἦλθεν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον. Quale autem fuerit hoc simulachrum, accuratissime describit Nicetas Choniates in fragmento Vaticano historiæ *de statuis æneis igni*

traditis post captam a Latinis Constantinopolim: ἀλλ' οὐδὲ, inquit, τῶν ἐν τῷ ἱππικῷ ἱσταμένων ἀγαλμάτων, καὶ ἄλλων θαυμαστῶν ἔργων τὴν καταστροφὴν παρῆκαν οἱ τῶν καλῶν ἀνέραστοι οὗτοι βάρβαροι, ἀλλὰ καὶ ταῦτα κεκέρμασιν εἰς νόμισμα, ἀντικαταλλάξαντες μικρῶν τὰ μεγάλα, καὶ τὰ δαπάναις ποιηθέντα μεγίσταις, εὐτελῶν ἀντιδόντες κερμάτων, κατέρρεψαν τοίνυν Ἡρακλῆ ὁ τρισέκτειμος μέγας μεγαλωστί, κατὰ γῆς ἐπιδουμένης τῆς λεοντῆς ὑπεστρωμένης ἄνωθεν δεινὸν ὁρώσης κἀν τῷ χαλκῷ, ᾗ μικρὸν βυχηθμὸν ἀφιεῖσα, καὶ διαθροοῦσα τὸ ἐφεστηκὸς αὐτῇ τοῦ πλήθους ἀναλκιστον. ἐκάθητο δὲ μὴ γωρυτὸν ἐξηρτημένος, μὴ τόξον ταῖν χεροῖν φέρων, μὴ τὸ ῥόπαλον προβαλλόμενος, ἀλλὰ τὴν μὲν δεξιὰν βάσιν τείνων, ὥσπερ καὶ τὴν αὐτὴν χεῖρα εἰς ὅσον ἐξῆν. τὸν δὲ εὐώνυμον πόδα κάμπτων ἐς γόνυ, καὶ τὴν λαιὰν χεῖρα ἐπ' ἀγκῶνος ἐρείδων. εἶτα τὸ λοιπὸν τῆς χειρὸς ἀνατείνων, καὶ τῷ πλατεῖ ταύτης ἀθυμίας πλήρης καθυποκλίνων ἠρέμα τὴν κεφαλήν, καὶ τὰς ἰδίας αὐτῷ τύχας ἀποκλαιόμενος, καὶ δυσχεραίνων τοὺς ἄθλους, οὓς αὐτῷ Εὐρυσθεὺς, οὐ κατὰ χρείαν, ἀλλὰ δὲ φθόνου μᾶλλον ὑπερεθέντα, τῷ τῆς τύχης περιόντι φυσώμενος. ἦν δὲ τὸ στέρνον εὐρὺς, τοὺς ὤμους πλατύς, τὴν τρίχα οὖλος. Hinc finit fragmentum Bibliothecæ Vaticanæ.

Καὶ χελῶναι ὀκτὼ μετὰ ὀρνίθων) In Anonymi Collectaniis legitur μετὰ ὀρνίθων.

Ἱστάμενα) In Cod. Vat. legitur, ἱστάμενος. Scri-
52. bendum credo ταύτης, &c.

Δοῦλοι τοῦ ἐκ χώρας Ἀμάστρου Παφλαγόνος) Scribendum videtur, δοῦλοι τοῦ ἐκ χώρας Ἀμαστριανοῦ Παφλαγόνος, scilicet ut respondeat illi, quod præcedit, ἐξ ἑτέρας στήλης, &c.

Σιγματοειδὲς) Scribe σιγματοειδὲς, id est, *forma semicirculari.*

Εἰς τὸν χαλκοῦν Βοῦν) Hujus loci ita meminit Joannes Tzetzes Chil. 9. v. 615 περὶ βοὸς δὲ χαλκοῦ ἤτοι πρὸς Βοῦν τὸν τόπον.

Τὸ ἐξακιόνιον χρυσοῦν ἐν τοῖς τείχεσι, &c.) τεῖχος hic
53. non *murum* significat, sed *castellum* seu *locum munitum*. Ita Homerus Iliad. δ'. Thebas vocat τεῖχος ἑπτάπυλον: & Herodotus lib. 1. Sardes appellat τὸ τεῖχος τῶν Λυδῶν, & in oraculo Apollinis Atheniensibus dato, τεῖχος ξύλινον significat *munimentum ligneum*. Sæpissime in hac significatione occurrit apud Stephanum de urbibus: ut, τοῦ τείχους, χωλὸν τεῖχος, Ἀβώνου τεῖχος, Ἡραίου τεῖχος, Γορδίου τεῖχος, παλαιὸν τεῖχος, διδύμων τεῖχος, &c. χαλκοῦν τεῖχος, exponendum est *castellum æreum*. Similiter apud Constantinum Porph. de admin. Imp. cap. 22.

Ἐξωθεν δὲ ἵσταντο κίονες τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου καὶ τοῦτο χάριν λέγεται ἐξακιόνιον) Ergo secundum hanc etymologiam, necessario scribendum est ἐξακιόνιον: attamen in omnibus codicibus ἐξακιόνιον scriptum inveni. Mihi videtur hunc locum utroque modo nominatum fuisse, ἐξακιόνιον nempe & ἐξακιόνιον. Hujusmodi diversas nominis unius loci prolationes sæpius apud Codinum observavi. Sic num. 32. unum eumdemque locum appellari ait, Αἰγύπτιον & Αἰγυπτίων, & n. 91. φολοκλάδιον, & φελλοκλάδιον, & num. 132. Δομνάδιον & Δουμάδιον, & num. 115. Ἡραῖον & Ἥριον, & num. 125. Μαγναύρα & Μαγναύραν, & n. 126. σίσμα. σῖμα, & σίγμα & n. 83. μονόμφαλον & μονόλοφον, num. 131. τὰ Ἥλα & τὰ Ἴλα. Vera autem
Edit. Paris. pag. 168. ratio diversitatis illarum denominationum habetur apud Procopium lib. *de ædificiis*, ubi locum ad Anaplum, qui antiquitus προχθαι appellabatur, postea βρόχοι nuncupatum fuisse ait, hæc subjungens: διαφθαρέντος τοῦ ὀνόματος τοῦ ἐπιχωρίου ἀγνοίᾳ, hoc est, *pristino nomine ignorantia incolarum corrupto.*

Τὸ δὲ καὶ λεγόμενον τετράπυλον, ἀπέρ ὠνομάζετο τετράοδον) Tetrapylum area erat quadrilatera, quatuor porticibus terminata, & totidem habens portas, quamobrem Quadrivium quoque, seu τετράοδον antiquitus nominatum fuit.

Καὶ διέμεινεν ἕως ἑκατὸν ἑξήκοντα μέχρι Ζήνωνος) Antiquum Tetrapylum, a Constantino Magno extructum, perduravit usque ad Imperium Zenonis, cujus tempore, ut refert Evagrius lib. 3. cap. 28. *Mammianus Senator novum exstruxit tetrapylum*, hoc est, ut ego interpretor, antiquum de novo reædificavit. De hoc Mammiani Tetrapylo puto Codinum loqui, num. 57. ὁμοίως δὲ (sc. ἐν τῇ αὐλῇ τῇ λιθοστρώτῳ, id est, in foro Constantiniano) ἵσταντο ἐξ πύλαι χαλκαῖ τετράπλευροι μεγάλαι καὶ περίστατοι χείλεσιν τέσσαρσι. Addit enim, ἐξ διέμειναν μέχρι τοῦ Θεοφίλου, Ergo antiquum Tetrapylum Constantini usque ad Zenonem integrum mansit, secundum autem Mammiani usque ad Theophilum.

Εἰς τὸ σίγμα) id est, in portica semirotunda, quæ a similitudine fabricæ Sigma nuncupatur. Græci antiqui Sigma pingebant, ut C Romanum.

Ἐκ τοῦ ναοῦ τοῦ Ἁγίου Ἀντωνίου Ἀδδαίου) Perperam in Cod. Bavar. scriptum fuit: ἐκ τοῦ ναοῦ τοῦ ἀγίου Ἀδδαίου.

Τοῦ κτίτορος τοῦ χερσαίου τείχους) κτίτωρ exempto σ pro κτίστωρ, seu κτιστὴς aliquoties apud Codinum legitur. In Cod. Bavar. perperam scriptum fuit κτίτορος:

Μανδυλᾶ) Cod. Vat. Μανδυλᾶ: Cod. Bavar. Μαγδαλᾶ.

Εἰς τὴν μυριάνδρου πόρτην, τὴν καλουμένην πολυάνδριον) Porta olim nuncupata μυριάνδριος, seu πολυάνδριος, hodie vocatur Hadrianopolitana, & 54.
medium in muro terrestri locum occupat, ut refert omnium accuratissimus doctissimusque Historiæ Turcicæ scriptor Joannes Leunclavius. In hac porta periit oppressus hominum turba Constantinus ultimus Græcorum Imperator.

Παρὰ Βιγλῶν ἀσκουμένη) ut βίγλαν Græci recentiores vocant Vigiliam, ita etiam Vigilium Βιγίλιον, & Vigilantiam Βιγλαντίαν. In Cod. Bavar. perperam scriptum fuit, παρὰ Βυγλῶν ἀσκουμένη.

Μετὰ τῆς γυναικείας, τῆς κατεχούσης τὸν στέφανον, ὡς τύπον τῆς πόλεως) Verti: *uti etiam statuam muliebrem quæ tenet coronam, & urbis effigies est.* Quin fuerit hæc muliebris statua simulachrum Constantinopoleos, dubium non est: sed quomodo dicatur τὸν στέφανον κατεχούσα, seu *tenuisse coronam*, aliquid habet dubitationis. An dextra extenta videbatur coronam porrigere, qualis visitur antique Romæ in nummo Claudii? An sedens dextro brachio inflexo, tenebat manu coronam genu sustentatam, ut cernitur in horto Cæsiorum Romæ de Dacia provincia subacta triumphans? An habebat in capite coronam galeæ circumvolutam, ut spectatur in nummo Constantini Magni, cujus hic exemplar apposui?



Τὸ καλούμενον Στρατήγιον στήλη ἐστὶν Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος, ἡ ἐν τῷ μεγάλῳ ἱσταμένη) Hic locus ita transformandus est: ἡ ἐν τῷ καλουμένῳ Στρατηγίῳ στήλη, ἡ ἐν τῷ μεγάλῳ κίονι ἱσταμένη, ἐστὶν Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος, id est, *Statua in Strategio supra magnam columnam posita, Alexandri Macedonis est.* pag. 169. 55.
Strategium Constantinopoli forum erat, in quo antiquitus militum Duces creari solebant, ut testatur Hesychius, ἐν στρατηγίῳ, inquit, λεγομένῳ φόρῳ, ἔνθα ποτὲ οἱ στρατηγοῦντες ἄνδρες τὰς τιμὰς ὑπεδέχοντο: ibidem milites exercebantur, quod locus esset campestris, seu planus, ut refert Codinus

infra, ἐκεῖσε δὲ, ait. ἐπεδειγμάτιζοντο οἱ στρατιῶται, ὅτι πέδιον ἦν ὁ τόπος. Videtur ergo Strategium hoc Constantinopolitanum Campo Martio Romæ antiquæ tam usu quam situ simile fuisse. Socrates hist. Eccl. lib. 1. c. 14. memorat Constantini Magni statuam equestrem ibi stetisse: Hanc ego eamdem esse puto, quam Codinus ait fuisse Alexandri Magni, & a Constantino Chrysopoli deductam atque erectam fuisse. Similiter Constantinus Apollinis Heliopolitani statuam pro sua columnæ porphyreticæ Fori imposuit. Illa autem verba, ὁ ἱστάμενος ἐν τῷ μεγάλῳ κίονι, propterea addidit Codinus, ut distingueret hanc Alexandri, seu Constantini Magni statuam ab alia quadam Leonis Macelli statua, quam paulo post dicit in eodem foro collocatam fuisse, & nominatam ὁ μικρὸς στρατηγός. Cæterum Codini verba, τὸ καλλίμορφον στήλη ἐστὶν Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος ἡ ἐν τῷ μεγάλῳ ἱσταμένη, præterquam ut sup. emendavi, etiam hoc modo corrigi possunt: τὸ καλλίμορφον στρατήγιον ἡ στήλη, ὁ ἐν τῷ μεγάλῳ κίονι ἱσταμένη, &c. id est, *Statua aanexata Strategium, supra magnam columnam posita, Alexandri Macedonis est*. Familiaris admodum est Codino hic loquendi modus. Sic passim τὸ Αὐγουστεῖον, τὸ φιλαδέλφιον, τὰ τετραίωνα, ὁ βοῦς, pro statuis & pro locis, in quibus illæ positæ sunt, promiscue accipiuntur. Quare ferri quidem posterior hæc emendatio potest, sed prior præcicienda est.

Ερόγδωσε διπλῆν ῥόγαν) ῥόγα Græcis recentioribus dicitur *stipendium*, & *donativum*; inde ῥογεύειν, quod est *erogare*:

Ὡς ἀνήγειρεν αὐτὴν οἱ λαοί) In Cod. Vat. legitur, ἣν ἀνήγειρεν οἱ λαοί.

55. Η λιμένα τοῦ τριχακίου) In Cod. Vat. legitur; τότε τριχακίου.

Καὶ Βιγλαντίας τῆς μητρὸς αὐτοῦ) Loquitur de Vigilantia sorore Justiniani Imperatoris, matre Justini secundi.

Εἶχον δὲ καὶ γράμματα τῶν μαθόντων) Intelligendæ sunt proculdubio inscriptiones basibus statuarum inscriptæ.

Ελάθησαν ἀσυνχρίτω) Perperam scriptum fuit in Codice Bavarico, ἀσυγκρίτω.

Φέρουσα ἐπ' ὤμων σκαπάνην, καὶ πτύον ἐν τῇ χειρὶ) Antiquus mos est, hodieque observatur, ut novis ædificiis exstruendis primus manum admoveat, cujus auctoritas structuræ præest. Sueton. in Vespasiano: *Ipse*, inquit, *restitutionem Capitolii aggressus, ruderibus purgandis manus primus admovit, ac suo collo quædam extulit*. Idem in Nerone: *In Achaja Isthmum perfodere aggressus, primus rastello humum effodit, & corbula congestam humeris extulit*. In antiquis actis Latinis Sancti Sylvestri Papæ I. simile quid narratur de Constantino Magno Basilicas Vaticanam & Lateranensem erigente: *Exuens se chlamyde, & accipiens bidentem, terram primus aperuit ad fundamentum Basilicæ construendum. Dehinc in numerum duodecim Apostolorum duodecim cophinos plenos suis humeris subpositos bajulavit. Altera vero die similiter intra palatium suum Lateranense Basilicæ fabricam cœpit*. In actis Græcis de Lateranensis Basilicæ erectione prolixius agitur his verbis: ἵνα δὲ πᾶσι καταφανὴς γένηται ἐξ ὅλης ψυχῆς αὐτὸν πεπιστευκότα, ἐν τῷ παλατίῳ αὐτοῦ ἐν τῷ λεγομένῳ Λατερανσίῳ, λαβὼν δίκελλαν οἰκείαις χερσὶν, αὐτὸς πρῶτος ἤρξατο ὀρύσσειν, καὶ διαγραφὴν ποιησάμενος, προσέταξεν ἐκκλησίαν οἰκοδομηθῆναι ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ δεσπότου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Quid igitur de Vespasiano & Nerone Sueton. & de Constantino Acta S. Sylvestri referunt, idem proculdubio quoque fecit Eleutherius, cui portus ab ipso denominati structuræ Constantinus Magnus præfecerat. Ut autem se hoc fecisse restaretur, statuam suam ibi erexit, quæ dextra ligonem & sinistro humero scapulari recto gestabat cophinum. Hæc illa est, quam hoc loco describit Codinus, & in libro *de ædificiis*, num. 110. his verbis: ἵστατο δὲ ἐν τῷ αὐτῷ λιμένι στήλη μαρμαρίνη Ἐλευθερίου, (scilicet τοῦ πραγματευσαμένου τὸ κτίσμα) φέρουσα πτύον

Edit. Paris. pag. 170.

57.

τῇ χειρὶ καὶ ἐπ' ὤμων κόφινον. Σκαπάνην vero Codinus vocat, tegumentum coriaceum, quo plerumque bajuli contra gravitatem operis humerum solent munire.

Ἐν τῇ αὐλῇ τῇ λιθοστρώτῳ) Forum Constantini Magni scriptores sæpius per excellentiam vocant τὸν φόρον vel τὸν φόρον μέγαν: alias quoque appellant, τὸν φόρον πλακωτὸν, quod planis & latis lapidibus stratum esset, vel, ut hoc loco Codinus, nuncupant τὴν αὐλὴν τὴν λιθόστρωτον, id est, *aulam lapidibus stratam*.

Τὸ δὲ σταυρίον τὸ ἱδρυμένον ἐπὶ κίονος πλησίον τῆς Ἀρτοπωλείων ἐστὶ, &c.) Errant, qui hæc verba ita interpretantur, ac si pro τὸ σταυρίον, legatur τὸν ταῦρον. Loquitur enim hic Codinus de celeberrima illa Cruce, quam Constantinus Magnus ad similitudinem illius, quam in cælo viderat, supra columnam ad septentrionalem partem sui Fori erexit, passim ejus mentio fit apud scriptores Historiæ CP. sed vide imprimis Anonymi Collectanea Chronica, & Codinum n. 33 & 76.

Βοῦδιν) Ita legitur in Cod. Vat. In Cod. Bavar. scriptum fuit βοΐδιν. 58.

Καὶ στήλας χαλκᾶς τεσσάρων μερῶν) τὰ τέσσαρα μέρη vocat quatuor factiones Circi, nempe Prasinam & Russatam, Venetam & Albatam, quarum duæ priores duabus posterioribus erant contrariæ. Sic quatuor quidem erant diversi colores Circensium Aurigarum, sed duę tantum factiones, quę sibi invicem repugnabant, quippe quia Prasina & Russata, & contra Veneta & Albata pro una & eadem accipiebantur. Secundum hanc factionum Circensium distinctionem, populus quoque Constantinopolitanus in duas divisus erat partes, quarum una Prasino colori, altera Veneto favebat. Procopius lib. 1. Persicorum: οἱ δῆμοι, inquit, ἐν τῇ πόλει εἰς τε Βενέτους ἐκ παλαιοῦ καὶ Πρασίνους διῄρηντο. Idem in hist. arcana has duas populi factiones μοίρας vocat, τὸν δὲ δῆμον, inquit, ἐκ παλαιοῦ ἐς μοίρας δύο διαστάντα, ὥσπερ μοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐρρήθη, μίαν αὐτὸς τὴν Βενέτων ἐπαγαγόμενος, &c. Codinus eas appellat τοὺς δύο δήμους & τὰ δύο δημοτικὰ μέρη, & τὰ δύο μέρη τοῦ δήμου.

Καὶ περιέστησε γύρωθεν τέσσαρες) Perperam scriptum fuit in Cod. Bavarico: καὶ περὶ τὸ περίγραμμα τέσσαρι.

Ἐκ τότε δὲ ἐκτιθὲν κοιλαι κλεισθμένος) Rectius in Cod. Vat. legitur ἐκλεῖσθη pro ἐκτίσθη.

Σωματεμπορίτας) σωματεμπορῖται sunt mangones, qui τὰ σώματα δουλικὰ, hoc, est, *mancipia* vendirant. Alias vocantur ἀνδραποδοκάπηλοι, quasi μεταβολεῖς τῶν ἀνδραπόδων. Strabo eos appellat σωματέμποροι. Notandum etiam, quod Codinus mancipia nuncupat πρόσωπα οἰκετικά. Paulo post pro πιπράσκειν perperam πιπράσκοντες in Codice Bavar. scriptum fuit.

Περὶ τοῦ Ξενῶνος τοῦ Θεοφίλου) Perperam in Cod. Bavar. scriptum fuit, περὶ τοῦ ξενωνίου τοῦ Θεοφίλου. Ξενὼν significat *hospitale*, seu domum excipiendis peregrinis destinatam, qualem, ut hic Codinus refert, Theophilus Imperator extruxit in regione urbis nuncupata *Zeugmate*, loco lupanaris publici, quod ibi a Constantino Magno fuerat constitutum. Meminit ejus rei Cedrenus his verbis: ὁ μὲν ἀλλὰ καὶ πόρνας ἀπελάσας (sc. ὁ Θεόφιλος) ἐξ οἰκημάτων τινῶν, καὶ καθαίρει ὅλον τὸν οἶκον ἐκεῖνον. ξενῶνα πεποίηκε, τὸ ἐκεῖνο προσηγορίαν φέροντα.

Ανήγειρεν αὐτὸ εἰς πορνεῖον) His statim subjungenda esse videntur illa verba, quæ paulo inferius leguntur, ἔξωθεν δὲ τοῦ αὐτοῦ οἴκου οὐχ ὡρίζετο ἕτερον πορνεῖον.

Τὰς δὲ ἐρῶντας τὰς ἐκεῖσε μοιχαλίδας) Si genuina est hæc lectio, nec aliqua desunt, videntur hæc verba respondere illis quæ postea sequuntur, ἦν καὶ στήλη τῶν ἐνυποληψιν αἰσθῶν καθαρῶν γυναικῶν καὶ παρθένων. Ita enim hic sensus inde elicitur, statuam illam Veneris duplicem habuisse usum, nempe ut ab iis, qui meretrices istic habitantes adamabant, coleretur, & testimonio esset puritati mulierum atque virginum, pag. 171. quarum falso suspecta esset pudicitia. Si verus est ille sensus hujus loci, scribendum erit: ἵστατο δὲ στήλη ἐπὶ κίονος λιθίνου τῆς Ἀφροδίτης, ὅπου μὲν ἦν τῶν ἑταιρῶν, &c. ἦν δὲ καὶ ἡ στήλη τῶν ἐνυπόληψιν ἔσω, &c.

Και ὅσαι αἰσχροὶ ἐπὶ τοῖς κίοσι μετὰ κρηπίδων καὶ κυρτῶν) Pro ἐπὶ τοῖς κίοσι, legendum videtur, ἐπὶ τὸ κίονα

κίονα, id est, *apud ante memoratam columnam Veteris*. ἀνὰ χώροι seu ἀποχωρήματα significant hic *secessus*, vel *loca secreta*, *& a turba separata*. Svetonius simili de re loquens, *distinctas cellas* vocat. *Lupanar*, inquit, *in palatio constituit, distinctisque & instructis compluribus cellis*. In Codice Bavar. pro ἀνάχωροι, scriptum fuit, διάχωροι, quod æque probari potest: διάχωροι enim dicuntur *intervalla*, seu *spatia interjecta*. Ibidem pro κορτίνων, perperam scriptum fuit κυρίων. Æque corrupte in aliis Codicibus scriptis legitur κορτίων. Unde patet, nihili esse vocabulum κορτίον, quod unica hujus mendi auctoritate nixus Meursius Glossario suo Græco-barbaro inseruit. κορτίναι autem vel κορτῖναι Græci recentiores vocant *vela*, quibus aliquid obtegitur. Martyrologium in pass. S. Irenes: καὶ ὄντα κρεμάμενα ὑπὸ κορτίνας δι᾽ αὐτῶν γράμματα τῆς θυγατρὸς ἡμῶν. Ita etiam hoc loco Codinus κορτίνας appellat *vela*, quibus cellæ meretricum circumdatæ erant. Apud Italos, Gallos, & Germanos hodie vulgo nuncupantur *cortinæ* vela lanea, vel linea, vel bombycina, quibus lecti circumcluduntur, tam ad curiosos oculos, quam culices arcendos. Quo facilius autem ejusmodi cortinæ adducantur vel diducantur, solent plerumque circellis vel annulis æreis suspendi. Eidem quoque usui servisse puto istos circellos, quos cum cortinis meretricum latibula ambiisse, Codinus hoc loco refert. Cæterum κρικέλλοι transpositione literarum pro κιρκέλλοι dictum est, ut κρίκος, pro κίρκος, hoc est, *circus*. In actis Græcis S. Sylvestri PP. I. ineditis, observavi κρικέλλους vocari *annulos æreos*, in quos catena intromittitur, ad obserandum ostium: Verba ipsa hæc sunt: καὶ ἐρχόμενος τὸ σπήλαιον κατέλαβεν, ἔνθα ὁ δράκων κατάκειται, ἐν ᾧ καὶ πύλας χαλκᾶς ἔχουσι κρικέλλους μετὰ χαλκοῦ τὸ κατειλῆφθαι, ἐπικαλεσάμενος τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐκλείσας πρὸς αὐτοὺς τὰς πύλας, καὶ εἰς τοὺς κρικέλλους αὐτῶν εἰσηγάγεν τὴν ἅλυσιν τὴν κατίνας, καὶ κλείσας ἐρῶ, &c.

58 Ἐλεγχθείσας) Perperam in Cod. Bavar. scriptum fuit ἐλεγχθεῖσαι; & in uno Codice Vaticano ἐλεγχθεῖσαι.

59 Πλοῖα ἐν τοῖς βασιλικοῖς δρόμωσιν) Βασιλικοὺς δρόμωνας videtur vocare *naves expediti cursus*, quibus Imperator utebatur, cum mari iter faceret. In Cod. Vat. scriptum inveni δρόμωσιν: δρομάδες autem sunt, quas Sidonius *cursorias* appellat.

Τοῦ Γαλλοῦ) Scribendum Γαλλιηνοῦ: Loquitur de Gallieno Imp. Valeriani filio.

Καὶ εἰς τὸ δίπτυχον ἐκεῖ ἡ ἀλαγὴ) pro δίπτυχον scribendum δίππιον. Vide notas ad num. 42.

Ὅτι τὸ Νεώριον ὁ Κωνσταντῖνος ὁ μέγας ἐστοιχειώσατο) Νεώριον quemadmodum Latinorum *Navale*, & *portum* significat, & locum ubi naves fabricantur. Sic Constantinopoli duo fuere loca nominata νεώρια, quorum unus erat portus manufactus, quem antiqua urbis descriptio *Neorium portum* vocat, & fuisse tradit in regione sexta: alter fabricandis navibus destinatus erat, quem antiqua urbis descriptio *Navalia* appellat, & in decima tertia regione fuisse refert. Hoc loco Codinus de Neorio porta loquitur, quem ait factum fuisse a Constantino Magno. Idem testatur Anonymus in Collectaneis. In aliquot Codicibus pro ὁ Κωνσταντῖνος ὁ μέγας, legitur ὁ Καῖσαρ, vel ὁ Κωνστ: & ἐστοιχειώσατο pro ἐστοιχειώσατο: & Ἰουλίου pro Ἰουλιανοῦ: & ἐμπόριον pro ἐμπορεῖον.

Ὁ δὲ οἶκος τοῦ Ἀσπάρου ἐκεῖ, ἐν ᾧ ὤκει Βασίλειος ὁ παρακοιμώμενος) idem num. 75. iisdem verbis repetit, præterquam quod pro Ἀσπάρου, legitur Ἀσπαρος. Utrumque enim dicitur Ἄσπαρ Ἄσπαρος, & Ἄσπαρος Ἀσπάρου, ut Ἀρδάβουρ Ἀρδαβούρου, & Ἀρδαβούριος Ἀρδαβουρίου. Basilius vero, quem Codinus ait Asparis habitasse domum, Accubitor fuit vel Cubicularis Constantini Porphyrogeniti secundum imperantis:

Edit. Paris. pag. 172. Meminit ejus Zonaras, & ipse Constantinus de administ. Imp. cap. 50. & cap. 43. ubi item, ut Codinus refert, domum, quæ olim Aspri seu Asparis fuerat, Basilium Accubitorem tunc temporis pos-

In Cod. Excerpt. Aalmad.

sedisse: ἀνελθόντος δὲ, inquit, τοῦ αὐτοῦ Κρικορικίου ἐν τῇ πόλει, καὶ τῇ τοῦ μαγίστρου καὶ στρατηγοῦ Ταρῶν ἀξίᾳ τιμηθέντος, ἐδόθη αὐτῷ ὁ οἶκος εἰς κατοικίαν ὁ τοῦ Ἀσπάρου λεγόμενος, ὁ νῦν Βασιλείου τοῦ παρακοιμωμένου οἶκος. Sic enim hoc loco legendum est: non autem ut vulgo perperam legitur, ὁ τοῦ βαρβάρου λεγόμενος. Similiter quinquies in eodem capite vitiose editum est, τοῦ τοῦ βαρβάρου οἶκον, pro τοῦ τοῦ Ἀσπάρου οἶκον.

60 Ὡς ὁρᾶται) Nempe ea inscriptione.

Ἀνάμεσον τοῦ καθίσματος ἱσταμένη τοῦ βασιλικοῦ) κάθισμα βασιλικὸν hic significat *tribunal Imperatoris* in Hippodromo, ubi sedebat cum ludos spectaret Circenses. In Chronico Alexandrino aliquoties vocatur τὸ δεσποτικὸν κάθισμα τοῦ ἱππικοῦ. In Anonymi Collectan. nuncupatur ἡ βασιλικὴ καθέδρα. Codinus aliquoties appellat τὸ βασιλικὸν σκάμμα.

61 Καὶ ἐστηλώθησαν) Post hæc verba additur in aliquot Codicibus: ἐν οἷς οἱ δυσχέμενοι καὶ πεπηρωμένοι ἔχουσι τὰ ἀληθέστερα τῶν ἰαμάτων. Sed rectius istæ nugæ in melioris notæ Codicibus omissæ sunt.

Δηλοῦσι τὰς ἱστορίας τῶν δευτέρων αὐτοῦ πράξεων) hoc est, rerum quas gessit post recuperatum Imperium.

62 Περιών) In uno Codice scriptum inveni, περὶ ὧν.

Καὶ αἱ ἱστορίαι τοῦ μονολίθου) Vide supra num. 55.

63 Ὁμοίως καὶ ἐπὶ πάσης τῆς πόλεως ἀγάλματα ἐστοιχειώσατο) Sensus est, Apollonium Tyanæum plurimas per urbem statuas consecratas erexisse ad ejus conservationem. στοιχειοῦν hoc loco significat *consecrare*, vel mystica quadam arte concinnare seu conficere. Olympiodorus de re simili loquens vocat, ἀφιεροῦν & τελεῖν: Οὐαλέριος δὲ, inquit, παρὰ τούτων παραγενόμενος μαθεῖν περὶ τῶν ἐπιχωρίων ἱερὸν τὸν τόπον εἶναι, καὶ ἐξ ἀρχαίας τελετῆς ἀνδριάντας ἐν αὐτῷ ἀφιερῶσθαι. Et paulo post: καὶ ὤρυξε, ait, ὁ τῶν ἀνδριάντων ἀριθμὸς κατὰ παντὸς ἔθνους τελεσθεὶς βαρβάρου. Ita Codinus num. 39. *catenam*, in qua credebatur fatum, seu fortuna urbis consistere, ἐστοιχειωμένην appellat, quasi τετελεσμένην, seu ἀφιερωθεῖσαν. Et Nicetas Choniates ejusmodi statuas & imagines consecratas, quales hic Codinus ait Apollonium Tyanæum erexisse, στοιχειὰ τῆς πόλεως φυλακτήρια nuncupat. Appellantur etiam στοιχειωματικοί, qui hujus generis magice consecrata simulachra componunt.

Καὶ τῇ δευτέρᾳ Σεπτεμβρίου Ἀντώνιον ἐνίκησε, καὶ ἤρξατο τῆς μοναρχίας, καὶ ἐτίμησεν αὐτὸν ἀρχὴν ἰνδίκτου) ἴνδικτος & ἰνδικτιὼν Græcis recentioribus ἐπινέμησιν seu *indictionem* significant. Quæ vero hic Codinus refert de Indictionum principio, confirmat Joannes Lydus libro *de mensibus*, his verbis: τῇ πρὸ τεσσάρων Νόνων Σεπτεμβρίων ἐνίκησεν ὁ Αὔγουστος περὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν τοὺς Αἰγυπτίους μετὰ Ἀντωνίου καὶ Κλεοπάτρας· καὶ ταύτῃ χάριν τὸν τῆς λεγομένης ἰνδικτιῶνος κύκλον ἐκ προοιμίων Σεπτεμβρίου μηνὸς ἀριθμεῖσθαι εἰσήγαγεν. Hæc ille. Sed nota Indictionem, seu ἐπινέμησιν, quæ apud Scriptores Græcos in usu est, & cognominatur Cæsarea, incepisse post Christum natum anno trecentesimo & duodecimo, die vigesimo quarto Septembris, quo Constantinus Magnus Maxentium devicit, & statim post victoriam Christianis libertatem indixit. Altera, quæ Romana vocatur, & Latinis Scriptoribus usitata est, a Calendis Januariis sequentibus incœpit.

Ἀππιανὸς Δίωντε καὶ ἄλλοι τινὲς ἱστορικοί) Ita restituendum duxi, cum perperam in Codicibus scriptis legeretur, Οὐεσπασιανὸς δὲ ὄντε, &c. Vide Appianum Alexandrinum lib. 2. *de bellis civilibus*, & Dionem lib. 41. ubi prolixe narratur, quam ob causam C. Julius Cæsar Dyrrachio Brundisium solus & incognitus navigare conatus fuerit, & quomodo tempestate adversa debilitatos nautarum animos sui detectione ad spem erexerit.

Ἀπὸ Νικομηδείας εἰς τὸ Δυῤῥάχιον) Hoc falsum est. Corrige igitur Codinum ex Appiani & Dionis locis, quos ipse citavit, & scribe: ἀπὸ Δυῤῥαχίου εἰς τὸ Βρεντέσιον, hoc est, *Dyrrachio Brundisium*. Nempe Cæsar ex castris, quæ apud Dyrrachium posuerat, conabatur navigare Brundisium, ad transvehendos milites, quos ibi cum Antonio reliquerat. pag. 173.

Καὶ τῆς τύχης δεδωκυίας γαλήνην γενέσθαι καὶ εὐπλοΐας) Hæc ita narrat Codinus, quasi sedata tempestate Cæsari navigatio illa deinceps feliciter successerit: sed neque hoc verum est. Nam nec sævitia tempestatis se remisit, nec navis remorum vi ulterius promoveri potuit: quare aversa puppi Cæsar ad castra sua coactus fuit reverti.

Καὶ ἐτίμησαν αὐτὸν ἀρχὴν ἰνδίκτου, τιμωτάτην αὐτὸν ἀρχὴν χρόνου· ὅθεν Σεπτέμβριος τέτακται) Præferendam censeo Codicis Regii lectionem, quæ hæc est: *καὶ ἐτίμησαν αὐτὸν, ἀρχὴν τῆς ἰνδίκτου ποιησάμενοι, ἤτοι ἀρχὴν χρόνου. ὅθεν ὁ Σεπτέμβριος τετίμηται.*

64 *Κρᾶνος ὁ φιλόσοφος*, &c.) In Codice Regio præmittitur hic titulus: *περὶ τῶν ἑπτὰ φιλοσόφων τῶν Ἀθηναίων.* De his septem philosophis & eorum Apophthegmatibus prolixius agitur in Anonymi Collectaneis.

Τὰ ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ στοιχεῖα) στοιχεῖα hic significant *simulacra* & *statuas*: supra num. 61. & 62. ea vocavit στήλας, θεάματα, & ἀγάλματα τὰ ἱππικά.

Τὸν περιχύτην λεγόμενον) In Codice Vaticano legitur περιτύχην: in Codice Regio περιχύτην. Anonymus in Collectaneis tradit hanc fuisse statuam virilem, capite galeato, & toto corpore ignudo, exceptis pudendis. Si ergo pro περιχύτην, legeretur περίχυτον, verisimile esset propterea hanc statuam ita denominatam fuisse, quod media velamento esset circumdata vel circumcincta.

Ὦ συμφορᾶς φησὶ τῆς ἐμῆς, ὅταν ὄνοι τῶν ὄνων προτιμηθήσονται τῶν ἀνθρώπων ἐν τελευταίοις ἀκολουθούντων) Quid Cranus Philosophus his verbis significare voluerit, explicat Joannes Tzetzes his versibus:

Ὄνος δὲ χαλκοῦς ἱππικὴ τανῦν ἐστι
Ἐμπροσθεν στάς. ἐκ δὲ τῶν ὀπισθίων
Ἄνθρωπος εἰστρὸς, ζωγραφῶν τὸν νῦν βίον,
Ὡς εἶπε τὸ πρὶν Ἀττικὸς σοφὸς Κρᾶνος.
Ἐφασκε καὶ γὰρ τῷ κρατοῦντι τῷ τότε
Φεῦ συμφορᾶς, ἄνθρωπος ὄπισθεν ὡς ὄνος,
Ἔσται χρόνος γὰρ τοῖς μεθύστερον χρόνοις
Ὅτ' ἂν ὄνοι, δυσγενεῖς καὶ κνωδαλοι
Καὶ τοὺς ἀμέμπτους ἀσμενεῖς στῶσι ὄπισθεν
Κρείττων ἐσχέθη τῶν σοφῶν καὶ κοσμίων.

Secundum hanc Tzetzæ interpretationem, voluit dicere Cranus Philosophus, quod Asinus ille aureus Hippodromi, & statua virilis post eum collocata, præsignificarent tempus futurum, quo asinini, ignobiles, ignorantes, & inverecundi auctoritate & fortuniis, doctos, ingenuos & modestos præcessuri essent. In uno Codice manuscripto descriptionem illius statuæ virilis, quam Codinus περιχύτην vocat, & Crani Philosophi Apophthegma paulo diversis verbis ita conceptum reperi: *Ὁ δὲ Κρᾶνος ἰδὼν τὸ γυμνὸν ἀνδριάντα περικεφαλαίαν τῇ κεφαλῇ περιφέροντα, καὶ τὸν ὄνον ἔμπροσθεν αὐτοῦ· ὅτι πάντα ὄνος ἄνθρωπος ἔσται, καὶ ὦ τῆς συμφορᾶς, ὅτι ἄνθρωποι ὄνῳ ἀκολουθεῖν οὐκ αἰσχύνονται*, hoc est, *Videns Cranus statuam virilem ignudam, capite galeato, & asinum ante eam, dixit: Quivisque asinus homo erit, &, o calamitatem, quod hominem non pudeat, asinum sequi præeuntem.*

Τῶν ὀλυμπίων ἀνακειμένων) Olympia hic pro ludis Circensibus accipiuntur.

Καινῇ τῇ Βασιλίδι τῶν πόλεων, ὅτι τῷ στοιχείῳ τῆς τύχης στοιχείου συντρέχει) Per reginam urbium intelligit Constantinopolim. τῆς στοιχεῖον τῆς τύχης puto hic significare *simulacrum Fortunæ urbis*, cujus passim apud Codinum mentio fit. Codicis Regii lectio a Vaticana paulo diversa est, sed minus probanda videtur: *καινὸν τῇ βασιλίδι, ὅτι τὰ στοιχεῖα τοῖς στοιχείοις συντρέχει.*

Edit. Paris. pag. 174.

65 *Ἔφη, τοῦτο δηλοῖ ὅτι ἔσονται καιροὶ ἀχέαντοι*) In Codice Regio & Anonymi Collectan. legitur, *καιροὶ ἐπὶ τοῦτο ἔσω ἀχέαντοι ἔσονται.* Quid ἀχέαντοι hic significet nescio.

Τινὲς δὲ Θεοδοσίου εἰπόντων) Præferenda est Codicis Regii Lectio, *τοῦ δὲ Θεοδοσίου εἰπόντος, Κωνσταντίνου*, hoc est, *Theodosio autem respondente, esse Constantini.* Hanc lectionem confirmat Anonymus in Collectan.

Εἶδεν Κρᾶνος θηλύμορφόν τι ζώδιον, &c.) Perperam in plerisque Codicibus legitur, *εἶδε γάρ τι θηλύμορφον ζώδιον*, &c.

Ὡ τετραπάρατο, ὅτι ἐκ σοῦ κομψοὶ καὶ ἀσύμφωνοι ἔσονται) Præferenda est Codicis Regii lectio: *ἰδὼν Κρᾶνος ὁ φιλόσοφος θηλύμορφον ζῶον ζωδιακοῖς γράμμασι γεγραμμένον, τὸ εἶπεν· ὁ τετραμερὴς οὗτος κόσμος ἐστί.* id est, *Videns Cranus philosophus muliebre signum Zodiaci figuris conscriptum, dixit illud, quadripartiti mundi effigiem esse.* In Anonymi Collectaneis legitur, *ὦ τετραπάρατο, ἐξ ὧν κομψοὶ καὶ ἀσύμφωνοι ἔσονται.*

Προτρέπεται) Adde ex Anonymi Collect. *λαλοῦσαι.*

Εἰ γὰρ ταῦτα τὰ στοιχεῖα, ὡς τηροῦνται ἀληθεύουσιν, ἵνα τι ἡ πόλις ἀπὸ τούτων δοκεῖ σωζέσθαι) Tanta Constantinopolitanorum animos occupaverat ignorantia & superstitio, ut quascumque antiquas statuas pro magica consecratis haberent earumque virtute crederent urbem suam conservari incolumem. Huc igitur pertinent illa verba: *ἵνα τι ἡ πόλις ἀπὸ τούτων δοκεῖ σωζέσθαι.* Cæterum quæ hic apud Codinum vocantur στοιχεῖα, Nicetas Choniates appellat, *στοιχειωθέντα τῆς πόλεως φυλακτήρια*, id est, *consecrata urbis munimenta*, seu *statuas urbis conservatrices*. Idem refert Latinos, postquam Constantinopolim expugnaverunt, imprimis evertisse celebres illas statuas consecratas, quæ contra hostes vel aperte vel insidiis urbem oppugnantes, instar muri ac valli erectæ erant. Ipsa ejus verba hæc sunt: *οἱ δὲ γε Λατῖνοι καὶ τὰ πάλαι φαινόμενα στοιχειωθέντα τῆς πόλεως φυλακτήρια, καὶ κατὰ τοίχους καὶ τάφρον ἀπονενεκρωμένα τοῖς κατ' αὐτῆς ξυντάττουσι φάλαγγας, καὶ λόχους καθίζουσι δυσμενέσιν, καθαιρεῖν ἐγνώκεσαν· καὶ τούτων μᾶλλον, ὁπόσα κατὰ τὸ σφῶν ἀνεπικλάσθαι γένος ἐφαίνοντο.*

Καὶ ἐπὶ Ἀναστασίου τοῦ μεγάλου Βασιλέως ὁ Ἀσκληπιόδωρος ἰδὼν, &c.) In Codice Regio legitur, *Ἀσκληπιόδωρος δὲ ὁ φιλόσοφος ἐπὶ Ἀναστασίου ἰδὼν*, &c. Sed utraque tam Regii, quam Vaticani Codicis lectio vitiosa est. Scribendum enim: *καὶ ἐπὶ Ἀναστασίου τοῦ μεγάλου βασιλέως Ἀσκληπιόδοτος ὁ φιλόσοφος ἰδών.* Hic est Asclepiodotus Philosophus & Medicus, qui Procli discipulus fuit, & temporibus Anastasii Dicori Imperatoris claruit. Prolixe de eo agitur apud Photium in Excerptis ex Damascio de Vita Isidori, & apud Suidam v. Ἀσκληπιόδοτος, & Ἰσοδαιμονία. Cæterum quam fuerit Proclo carus & amicus, testatur ipse Proclus in Proœmio Commentarii inediti in Platonis Parmenidem, quem ei dedicat his verbis: *σὺ δὲ*, inquit, *ὦ φιλοσοφίας ἐπάξιον ἔχων τὸν νοῦν, καὶ ἐμοὶ φίλων φίλτατε Ἀσκληπιόδοτε, δέχου τὰ δῶρα τοῦ ἀνδρὸς τέλος τέλειον, ἐν γνησιωτάτοις κόλποις τῆς ψυχῆς.* Extat hodieque in Bibliotheca Medicæa ejusdem Asclepiodoti liber de re militarii, cui titulus est, ΑΣΚΛΗΠΙΟΔΟΤΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΤΕΧΝΗ ΤΑΚΤΙΚΗ. Divisus est in duodecim capita, & incipit hoc modo: *Τὰς τελείους παρασκευὰς πρὸς πόλεμον δεηθῆς αὐτῆς, χειρώσας τε καὶ τακτικῆς, περὶ τὰς χαράκας τὰ τοῦ λαοῦ*, &c. Finis autem hic est: *αὕται τῶν βραχίων αἱ τοῦ τακτικοῦ καθηγήσεις, τοῖς μὲν χρωμένοις ἀσφάλειαν πορίζουσαι, τοῖς δὲ ἐναντίοις κατάπληξιν ἐπάγουσαι.*

Ἐξαμείβω) In Codice Regio legitur *ἀμείβω.*

Ἀγαθὸν μὴ φθάσαι) Perperam in Codice Regio legitur, *ἀγαθὸν μὲν φθάσαι.*

Θησαυρὸν Θεὸν σέβονται. Ἀγαθὸς δὲ μάλιστα τιμῶντες) Thesaurum Deum eumdem esse puto atque Mercurium, nempe divitiarum præsidem. Pro Ἀγαθοῦ perperam legitur in Cod. Vat. ἀγαθόν.

Καὶ αὐτὰ σέβονται αὐτούς) Pro αὐτὰ perperam in Cod. Vat. legitur αὐτοί. pag. 175.

66 *Καὶ Ἀνδρομέδας*) In Cod. Vat. additur quasi per parenthesin, *θυγατρὸς βασιλίσσης ὑπαρχούσης.*

Διερχόμενος ἔσω ὁ Περσεὺς, &c.) In Cod. Vaticano hæc ita narrantur: *ὁ ἔσω προειρημένος Περσεὺς ἐκεῖσε εἰπών. ἠρώτησε κλαίουσαν τὴν Ἀνδρομέδαν, τί ἂν εἴδομεν. ὁ δὲ τὸ συμβὰν ἐξηγήσατο. τοῦ δὲ καθίσαντος καὶ Γοργόνος κεφαλὴν ἐν πήρᾳ κατέχοντος, ὑποδεδεγμένους σταθεὶς δείκνυσι τῷ θηρίῳ τὸ ἐπιλείψαν, ὅθεν ἰδὼν ἐκεῖνο ἀπέψυξεν.*

67 *Περὶ Φιλοδώρου λογιστοῦ*) Non dubito, quin & hic & in Anonymi Collectan. pro *Φιλοδώρου* legendum sit *Φιλοχόρου*. Nempe hic Philochorus Atheniensis est, antiquus ille & celebris Historicus, qui ab Athenæo, Plutarcho, Harpocratione, Eusebio, & aliis passim citatur. Quo autem tempore vixerit, & quæ scripserit, plenissime refert Svidas. Cæterum huic Codini loco debetur, quod scimus, ipsum fuisse unum ex Decemviris Atheniensium, nuncupatis *λογισταῖς*, quibus omnes magistratu functi rationes reddebant administrationis Reipublicæ. De hisce Logistis seu rationum Magistris vide Harpocrationem & Aristotelem Polit. lib. 6. cap. 8. & Æschinem in oratione contra Demosthenem & Ctesiphontem. Latinis dicuntur Curarorea Reipublicæ: ut l. curator. C. de modo multar. Curator Reipublicæ, qui Græco vocabulo *Logista* nuncupatur, mulctandi jus non habet.

Εἶχε δὲ ἡ πόλις πρὸ τούτου ὄνομα Δανανία) In Cod. Vat. legitur: *ἦν δὲ τῇ πόλει ὄνομα ἀπὸ γενεᾶς Δανάια*. In alio quodam Codice scriptum inveni: *Δάναια*. Sed vera lectio est, *Δαναΐα*. Dicit Codinus Iconium alias quoque appellatum fuisse *πόλιν Δαναΐαν*, nempe, ut opinor, a Perseo Danaes filio, sive quod ab eo, quemadmodum aliqui tradunt, hæc urbs condita sit, sive quod ibi Andromedem, dracone occiso, a morte liberaverit. Similiter ipsum Perseum Ovidius Græcorum imitatione vocat heroem Danaejum.

Ἐν τῷ μεγάλῳ λουτρῷ τοῦ Κωνσταντίνου) In Anonymi Collectan. legitur, *ἐν τῷ Κωνσταντιανοῖς λουτρῷ*. Pro *Κωνσταντίνου* igitur scribendum videtur *Κωνσταντίου*. De Thermis Constantianis sæpe fit mentio apud Scriptores historiæ CP. & apud ipsum Codinum, n. 99. Svidas refert Heliadium Alexandrinum Grammaticum, qui tempore Theodosii Junioris vixit, scripsisse *ἔκφρασιν τοῦ λουτροῦ Κωνσταντιανοῦ*, seu *Descriptionem Thermarum Constantianarum*.

Σάββα τοῦ ὁσιωτάτου, τοῦ τότε ἐνδημοῦντος) Hic est S. Sabba Abbas, qui in Palæstina miro sanctitatis exemplo refulsit, & bis a Patriarchis Hierosolymitanis ad Anastasium & Justinianum Imperatores Constantinopolim legatus est, ubi pro fide Catholica adversus impugnantes sanctam Synodum Chalcedonensem strenue laboravit. Plura vide de eo in Menologiis Græcorum die 5. Decembris.

Ἐν τῇ λεγομένῃ τειχίῳ) In Cod. Vat. legitur *πολίῳ*.

Εἰς τοὺς πλακωτοὺς κίονας) In Cod. Vat. pro *πλακωτοὺς*, legitur *λείους*.

68 *Καὶ διφρηλάτης ἐπὶ δίφρου, ἐν τῇ δεξιᾷ φέρων χρυσοῦν ποδαροῦ τι ἄγαλμα, ὅπερ τοῦ*, &c) Loquitur de statua quadrigaria Constantini Magni, quæ instar Solis capite radiato efficta erat, & dextra gestabat Victoriolam, quæ pro Fortuna urbis colebatur. Jusserat autem Constantinus, ut quotannis hæc ejus statua natali urbis die a civibus & exercitu in Hippodromum ad tribunal Imperatorium deduceretur, atque solemni & statuto honore afficeretur, uti etiam factum est usque ad Imperium Theodosii Magni. De hac Constantini Magni statua, & solemni ejus deductione in Hippodromum, mentionem facit Hesychius his verbis: *διετάξατο οὖτος* (sc. Constantinus Magnus Ludos Circenses spectans die Encæniorum urbis) *τὴν ἑαυτοῦ στήλην ἐπὶ τοὺς ἐφεξῆς χρόνους τῇ τῶν γενεθλίων ἡμέρᾳ ὁρᾶσθαι μετὰ τῆς εἰθισμένης τιμῆς τῷ κατὰ καιρὸν βασιλεύοντι ἐκ τοῦ δήμου, καὶ ἀνέρχεσθαι μέχρι τοῦ σίγματος*. Item Codinus num. 16. & 45. Vide quæ ego ad illa loca annotavi.

Ed. 1. Paris. pag. 176. *Μετὰ κηρῶν*) Prorsus ut in Chronico Alexandrino, *πάντων κατεχόντων κηροὺς λευκούς*. Utrobique *κηροὶ* significant *cereos*. Item in Actis sancti Sylvestri ineditis, Constantinus Magnus post publicatam libertatem Religionis Christianæ, ad palatium suum dicitur revertisse *μετὰ κηρῶν καὶ λαμπάδων τῇ δὲ κρίσει ἀναπτομένων*.

Ὀψικεύοντες) *Comitantes*. Supra num. 45. de eadem re loquens vocat *δορυφορεῖν*, quod hic *ὀψικεύειν*. *Δορυφορούμενον*, inquit, *ἄγεσθαι εἰς τὸ σίγμα*. Proprie Græcis recentioribus *ὀψικεύω* dicitur idem atque Latinis *obsequor*: Item *ὀψίκιον* idem atque *obsequium*, quod etiam accipitur pro *comitatu* & *famulitio*.

Ἕως τοῦ σίγματος ἀπὸ τοῦ καγκέλλου) Ita num 87. *σίλανον*, inquit, *ἀπὸ τοῦ καγκέλλου μέχρι τοῦ βασιλικοῦ σίγματος*. *σίγμα* hic significare *tribunal Imperatorium Hippodromi*.

Εὐθηνία) In Cod. Vat. legitur, *εὐθυμία*.

Ἐν τῷ λεγομένῳ λιμένι τοῦ Νεωρίου, &c.) hoc est, *in supradicto portu Neorio*. Respicit enim ad num. 59. & 60. ubi de hoc portu egit. Vel ita transponenda sunt hæc verba: *ἐν τῷ λιμένι τῷ λεγομένῳ Νεωρίῳ*, hoc est, *in portu nominato Neorio*. Sic etiam antiqua regionum descriptio Portum Neorium appellat. Bos vero, quem Codinus ibi collocatum fuisse ait, ad exemplum alterius factus erat, qui stabat in foro vocato Tauri, ut ipse testatur num. 52. *ἦν δὲ*, inquit, *ὁ κάμινος βοὸς τύπος παμμεγεθέστατος θαύματος, οὗ κατὰ μίμησιν, καὶ ἐν τῷ Νεωρίῳ βοῦς ἐκτετύπωται*. In uno Cod. Vat. mendose scriptum reperi, *ἐν τῷ λεγομένῳ λίμνῃ τοῦ Νεωρίου*. Quod mendum etiam fuit in Codice MS. Petri Gyllii, ut apparet ea Latina ejus versione de Topogr. CP. lib. 3. cap. 1. ubi legitur, *in lacu Neorii*.

Μετὰ τὸ σφαγῆναι παρὰ τοῦ τυράννου Φωκᾶ Μαυρίκιον) In Cod. Vat. legitur, *μετὰ τὸ ἀποθανεῖν Μαυρίκιον τὸν Βασιλέα*. Sed præferenda esse videtur prior lectio. Hæc enim, at opinor, est illa Persarum irruptio, cujus in vita Phocæ tyranni meminit Zonaras his verbis: *Ἀρμενίαν δὲ καὶ Καππαδοκίαν, καὶ τὴν Παφλαγονίαν, καὶ Γαλατίαν* (*οἱ Πέρσαι*) *κατέδραμον, καὶ μέχρι Χαλκηδόνος ἀφίκοντο, ἅπαντα ληϊζόμενοι*.

Μαυρικίου στήλη, καὶ τῆς γυναικὸς, καὶ τῶν τέκνων αὐτοῦ ἵσταντο ἐν τῇ χαλκῇ ἄνωθεν τῆς θεανδρικῆς εἰκόνος ἐκτεταμένας τὰς χεῖρας ἔχουσαι. ὑπ' αὐτοῦ γὰρ τοῦ Μαυρικίου κατεσκευάσθησαν) Tradunt Scriptores historiæ Constantinopolitanæ, Mauricium, postquam milites a Chagano captos per avaritiam suam occidi permiserat, quadam nocte somniasse, se ab imagine Christi supra portam æream Palatii collocata, cum tota sua familia, Phocæ interimendum tradi. Credo igitur, ad perpetuam istius somnii memoriam, Mauricium apud illam imaginem Christi, suam, & uxoris, liberorumque statuas, instar supplicantium manibus extensis, erexisse, de quibus hoc loco agit Codinus. Cæterum pro *ἐν τῇ χαλκῇ ἄνωθεν τῆς θεανδρικῆς εἰκόνος*, legendum censeo, *ἄνωθεν τῆς χαλκῆς πλησίον τῆς θεανδρικῆς εἰκόνος*. Ita Zonaras: *τὸ δὲ ὄναρ ἔδοξεν παρεστάναι πολὺ τῷ ἄνωθεν τῆς χαλκῆς τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ ἐκτυπώματι*, &c. Vel vox *ἄνωθεν* adverbialiter accipienda est, ut idem valeat *ἐν τῇ χαλκῇ ἄνωθεν*, atque *ἄνωθεν τῆς χαλκῆς*. Ita alias pro *κάτωθεν τοῦ ναοῦ τοῦ ἁγίου Μωκίου*, dicit *ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Μωκίου κάτωθεν*. In Codice Vat. pro *τῆς θεανδρικῆς εἰκόνος*, legitur, *τῆς ἀνδρικῆς στήλης τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ*. *θεανδρικὴν εἰκόνα* Anastasius Bibliothecarius historiæ Miscellæ lib. 18. vertit *Dei figuram virilem*. Theophanes eam vocat *τὴν θεανδρικὴν μορφήν*.

Αἱ δὲ λοιπαὶ ἐκ τῆς τῶν Ἀθηναίων γῆς ἧκασι φιλοσόφοι δέ φασιν εἶναι οἱ λέγει καὶ ὁ Λιγύριος) Ut sensus sit integer, legendum esse videtur *φιλοσόφων γὰρ*, &c. vel *φιλοσόφου δέ φασιν εἶναι τὴν μίαν, ὡς*, &c. Nomen Ligurii hic corruptum esse puto. In Codice Vat. legitur, *αἱ δὲ λοιπαὶ δύο στῆλαι αἱ ἐκτεταμένας ταῖς χερσὶ ἐκ τῆς Θηβαίων γῆς ἧκασι· φιλόσοφοι δέ φασιν ἀληγόριος Ἑλληνικός*. Ad Anonymi Collectanea notavi pro *παρὰ Λιγυρίου ἀστρονόμου καὶ ὑπάτου τοῦ αὐτοῦ Βασιλέως Λέοντος*, scribendum esse *παρὰ Ὀλυβρίου*. Quare etiam hoc loco forte quis legendum conjectaret *Ὀλύβριος ὁ Ἑλληνικός*. Sed æque mihi Olybrius quam Ligurius ignotus est.

Ὀνόματι Λαυτος ὃς ἰδὼν, &c.) In Cod. Vat. legitur, *Λαυτος*, deinde additur, *ὀψικεύσας ὑπάρχων τοῦ ναοῦ τῆς ἁγίας Εὐφημίας, ὃς ἰδὼν*, &c.

In Cod. Excerpt. Animad.

Edit. Paris. pag 177. Τὰς περὶ αὐτὸ διδασκάλοι) Cod. Vat. τοῖς κατ' Εὐτυχία.

69 Ἐν τῇ παρὰ Πέρσαις ῥογίων) In Cod. Vat. scriptum reperi, ἐν τῇ τῶν Περσῶν ῥογιῶνι, id est, *in regione Persarum*. ῥογεὼν & ῥεγεὼν Græcis recentioribus dicitur *regio*, ut *indictio* ἰνδικτιὼν, *actio* ἀκτιὼν, *allactio* ἀλλαξιὼν. In alio Cod. legitur, τοῦτο δὲ ἦν ἐν τῷ Περσῶν ῥογῶν τόπῳ. ubi locum aliquem peculiarem potius quam regionem significare videtur.

Τῷ φρουράρχῳ) Vat. κατροφύλακι, quod idem est.

Καὶ δότε ἀμέμπτῳ πρεσβείας, &c.) Hæc in C. Vat. paulo diversis verbis ita narrantur: ὁ τορῶθεὶς τοῦ ἅρματος ἐπιβὰς, (οὕτω γὰρ τοῖς ἐν ῥογίῳ κατροφύλαξι πέφυκε) μετὰ ἑβδομήκοντα χιλιάδων ἤρχετο ἐπὶ τὴν Καλχηδόνος μητρόπολιν. οἱ δὲ ἐκεῖσε φυγόντες ἔφυγον ἐν τῷ Βυζαντίῳ, ἄραντες μεθ' ἑαυτῶν καὶ τὰ τίμια λείψανα τῆς ἁγίας Εὐφημίας.

Τίλων ἀμφοῖν αὐτῶν, διότι τὸ αἱρέσεως αὐτοῦ τόμον κατήχησεν) Cum temporibus Marciani Imp. Eutychiani, quamvis a Chalcedon. Concilio damnati, ne dum tamen quiescerent, sed auctoritatem Concilii magis potentia Imperatoris, quam veritate fidei niti dicerent, convenit tandem inter eos atque Catholicos, ut utriusq; partis dogmata in singulari volumine scripta & consignata simul ambo pectori S. Euphemiæ mart. imponerentur, & miraculosa ejus dijudicatione controversia religionis finem caperet. Scriptis igitur ex pacto voluminibus, & pectori S. Euphemiæ impositis, post triduum ipso Imp. præsente, utrique ad loculum accesserunt, eoq; aperto, libellus Eutychianorum ad pedes Martyris inventus est, Catholicorum autem in manu dextra, quem porrexisse fertur Imperatori & Patriarchæ. Ad hanc historiam Codinus respiciens, ait, Acatum Eutychianum a reliquiis S. Euphemiæ ultum ire decrevisse suæ sectæ scriptis illatum dedecus. τόμοι igitur hic significant *chartas*, in quibus Eutychiana dogmata inscripta erant. Ita Zonar. hac de re loquens: ἐγραφήτωσαν, inquit, παρ' ὑμῶν ἐν τόμῳ τὸ ὑμέτερον περὶ τῆς πίστεως φρόνημα. γραφήσεται δὲ καὶ παρ' ἡμῶν τὸ ἡμέτερον· καὶ ἄμφω τὼ τόμω ἐν τῇ λάρνακι τεθήτωσαν τῆς πανευφήμου μάρτυρος Εὐφημίας, καὶ ταύτῃ τὴν κρίσιν δῶμεν τῆς ὀρθότητος καὶ δόξης τῶν δογμάτων. ἔδοξε ταῦτα καὶ τοῖς αἱρετικοῖς· καὶ οἱ τόμοι γεγράφαται, καὶ ἡ κλεὶς λίθῳ τῆς λάρνακος ἐσφράγισται, καὶ οἱ χάρται τῷ στήθει τῆς μάρτυρος ἐπιτίθενται, &c.

Διὰ τὸ παντελῶς ἀλόγιστον αὐτὸ) In Cod. Vat. legitur, ἀλόγιστον εἶναι αὐτόν.

Ἐν δὲ τῷ ναῷ τῆς ἁγίας Μωκίου ἐν τοῖς καιροῖς ἐπὶ τὸ λεγόμενον Τριζῶδον κάτωθεν, ἐν τῷ, &c.) In C. Vat. præcedentibus hæc annexa sunt, & ita concepta: τότε (sc. sub Leone Isauro) καὶ τὸ λεγόμενον Τριζῶδον τὸ εἰς τὰ κοῖλα κάτωθεν τῆς ἁγίας Μωκίου ὑπάρχον ἐτύφθη. κοῖλα interpretor *concava*, *subterranea*. Pro τριζῶδον in aliquot Codd. legitur, τριοζῶδον. Τριζῶδον autem, vel τριοζῶδον videtur significare locum, unde triplex patet exitus: Compositum est, ut τρίοδος, τρίχωρον, τρίκλινον, τριήμβολον, &c. Confirmat hanc Lectionem, quod Codinus addit, in eo loco paganos olim magicas suas superstitiones exercere consuevisse: ἐν ᾧ, inquit, (sc. τριοζώδῳ) καὶ ἀστρονόμουν πάντες οἱ Ἕλληνες. Trinarius enim numerus cæremoniis magicis accommodatus censebatur: hinc illa Poetæ:

Terna tibi hæc primum triplici diversa colore
Licia circumdo: terque hæc altaria circum
Effigiem duco: numero Deus impare gaudet.

& illa:

Necte tribus nodis ternos Amarylli colores.

Eamdemq; ob causam sacra Hecatæ nocturna in triviis frequentabantur. Dico igitur verisimile esse, illam quoque magorum speluncam subterraneam, de qua hic Codinus loquitur, instar Trivii seu τριόδου constructam fuisse, & propterea nuncupatam τριοζῶδον. Sed si pro τριοζῶδον, legendum est τριζῶδον, videtur τριζῶδον significare *statuam triformem*: cujusmodi fuit illud τρίλιθον ἢ τριμόρφων ζωδίων τορευτικόν, cujus meminit Anonymus Auctor in Collectaneis Antiq. CP. ζώδια enim Codinus passim vocat statuas & quascumque alias figuras.

70 Καὶ τύμβοι δὲ πολλοὶ ὑπάρχουσιν ἐν τῇ πέτρᾳ) Cod. Vat. ἔνθα καὶ τύμβοι Ἑλλήνων, καὶ Ἀρειανῶν ὑπάρχουσι κεχωσμένοι, καὶ ἄλλα εἰς πλῆθος σχήματα. In aliis aliquot Codd. pro τύμβοι, perperam legitur τριμβόλοι & τύμβολοι, Posteriori autem hoc mendo deceptus Meursius novum finxit vocabulum τυμβόλοι, quod nec apud Græcos, nec apud Græcobarbaros Scriptores reperitur. pag. 178.

Τὸ κάστρα Πανόρμου) In Cod. Vat. legitur τῷ δι πλοστοίχῳ κάστρῳ Πανόρμου.

Ἵστατο τέλος γυναικεῖα διπρόσωπος) Cod. Vat. ἵστατο τριακοσιοστὴν ἰχθυμάδιον καὶ τέλος γυναικεῖα διπρόσωπος. Vide Notas ad Anonymi Collect.

Ἀφροδισιανὸς) Cod. Vat. & Anonym. Collect. ἐδαφιδισιανός.

Οὐ μόνον ὅτι οὐκ ἐβλάβη ὅλως, ἀλλὰ καὶ, &c.) Quod Codinus refert, statuam muliebrem bicipitem, sitam in porta septentrionali castri Panormi, cunctis circum flagrantibus illæsam mansisse, rarum quidem est, sed non novum. Duo ejus rei exempla extant apud Tac. l. 4. Annal. *Adduntur*, inquit, *sententiæ, ut mons Cælius imposterum Augustus appellaretur; quando cunctis circum flagrantibus, sola Tiberii effigies, sita in domo Junii Senatoris, inviolata mansisset*. Et statim subjungit: *Evenisse id olim Claudiæ Quintæ ejusque statuam vim ignium bis elapsam, majores apud ædem Matris Deum consecravisse.*

Καὶ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ Κρίσπου, ὃν, &c.) Diversa sed æque probabilis lectio habetur in Cod. Vat. καὶ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ ὁμωνύμου Κωνσταντίνου, καὶ ἑτέρου Κρίσπου ἐπονομαζομένου, ὃν, &c. Perperam in aliquot Cod. pro Κρίσπου, legitur Κρίσκεντος & Πρίσκου. 71

Ὃν Ἡρόδοτος καὶ Ἱππόλυτος οἱ χρονογράφοι) De Herodoto Chronographo quis sit, non mihi constat. Hippolyti vero nempe Thebani meminit Niceph. Callist. hist. Eccles. l. 2. Fragmentum ex ejus opere Chron. decerptum extat tom. 3. Antiq. Lect. Canisii. Sed pro Ἡρόδοτος, legendum est Ἡρωδιανὸς, nam Herodionem coætaneum Auctorem citat Anonym. in Collect. de Antiq. Constantinop. n. 202.

Ἤδη δὲ τῆς Καίσαρος ἀξιωθέντος τιμῆς) Testantur nummi antiqui, in quibus legitur: IVL. CRISPVS NOB. CÆ. Item Romuald. in Chron. *Inter hæc*, inquit, *latent causæ, cur judicem gladium, & destinatam in impios punitionem Constantinus Imp. in proprios egit effectus. Nam Crispum filium suum interfecit, & Licinium filium sororis, postquam Cæsares sunt creati, occidi jussit.*

Ἐπένθησεν ἡμέρας μ'.) Cod. Vat. μετενόησε καὶ ἔκλαυσεν ἐπ' αὐτῷ μ'. ἡμέρας καὶ μ'. νύκτας.

Βιγλέντος τοῦ τὰ Βιγλέντια κτίσαντος, καὶ Ἐλευθερίου τοῦ τὰ ἐν τῷ σενάτῳ παλάτια κτίσαντος) In C. Vat. legitur, Βιγλεντίου τοῦ τὰ Βιγλέντια κτίσαντος, καὶ τὰ ἐν τῷ σενάτῳ παλάτια, καὶ τὰ τοῦ Ἐλευθερίου. 72

Ἀπεστάθησαν οἱ ἡνίοχοι ζαξίππων) Credo fuisse statuas aurigarum Circensium, qui curru excussi perierant: Paulo postea enim subjungit: αἱ δὲ κεφαλαὶ τῶν ἀνατραπέντων ἡνιόχων, &c. Cæterum ἡνίοχοι ζαξίππων, vel, ut legitur in Anonym. Collect. ἡνίοχοι ἐν ζαξίπποις interpretor *aurigas agitantes*, ζάγας, id est, *bigas*, seu *equos bijuges*. ζάξιπποι autē hic dicuntur, quos Græci alias ἵππους ζυγίους, seu ἐζευγμένους, Latini vero *equos jugales* nuncupant. Hujusmodi duobus equis jugalibus, seu jugo junctis constabat *Biga*, verum *Quadriga* 4. quidem junctis equis constabat, sed non jugalibus: nam medii tantū duo ζάξιπποι erant, seu *jugales*, reliqui duo παράσειροι erant, seu *ad latera jugalium utrinque funibus alligati*: quamobrē Latinis *funales & funarii*, Græcis παρήοροι & παράσειροι vocātur.

Οὗ καὶ αἱ τῆς Ἀρτέμιδος καὶ τῆς Ἀφροδίτης στῆλαι ἵσταντο, αὐτοὺς ἀποκεφαλίσθησαν παρὰ τῶν Ἀρειανῶν) Hic locus ex Cod. Vat. & Anonymi Collect. ita reformandus & supplendus est, οὗ καὶ τῆς Ἀρτέμιδος καὶ τῆς Ἀφροδίτης στῆλαι ἵσταντο, καὶ σκυτάλαις ἀνεκεφαλίσθη ὑπὸ τῶν Ἀρειανῶν Ἀρκάδιος ἀρχιδιάκονος τῆς ἁγίας Εἰρήνης. id est, *Ibidem Dianæ & Veneris statuæ erant positæ, & Arcadius Archidiaconus S. Irenæ ab Arianis flagris occisus fuit*. σκυτάλαις ἀποκεφαλίζεσθαι hoc est, *fustigari*, sive *loris cædi usque ad necem*. Hist. Miscellæ Auctor l. 22. vertit, *flagris occidi*. *Eodem quoque anno*, inquit, *Constantius per-*

73 *secutor Andream memorabilem monachum, qui dicebatur Calybites apud Blachernas flagris in Hippodromio S. Mamæ occidit.*

Καὶ Καρίτω Πατρικίῳ, Διοκλητιανῷ) Scribe καὶ Κάρω τῷ πατρὶ καὶ Διοκλητιανῷ, & vide quæ notavi ad num. 15.

Edit. Parif. pag. 179. Καὶ ὁ νόσιος πόλος) Vide Notas ad num. 15.

Καὶ ἡ ἱέρεια τῆς Ἀθηνᾶς) Hanc veram lectionem esse censeo. In aliis Codicibus perperam legitur, ἡ ἱερεῖα, & ἡ ἱερεῖσα. Auges Sacerdotis Minervæ statuam, quæ thermis Zeuxippi posita erat, memorat Christodorus Poeta, & describit his versibus Anthol. Epigram. lib. 5.

Παλλάδος ἀμφιπόλοιο παρίστατο παρθένος Αὐγὴ
Φᾶρος ὑποστείλασα κατωμαδόν, &c.

Ὀλίγαι δὲ Χριστιανῶν) Legendum est addita particula negandi: οὐκ ὀλίγαι δὲ τῶν Χριστιανῶν, id est, *Nec paucæ erant Christianorum statuæ*. Sequitur enim: καὶ δύο ἐκ τῶν πολλῶν, ὀλίγων ὑπομνήσεως.

Γαλλανοῦ) Scribe Γαλιήνου, id est, *Gallieni Imperatoris*.

Σερπεντίνου ὑπάτου) In Anonymi Collect. legitur, ὑπατικοῦ.

Εστὶ χαλκαμίνῳ ὁρίῳ, ὃ τινες καὶ μόδιον καλοῦσιν. ἐπὶ δὲ καλὸν ὡρολόγιον, ἔνθα καὶ ἵστανται κίονες καὶ ἀψῖς πρὸς τὸν λεγόμενον οἶκον Κρατεροῦ. ἔνθα ἵστατο καὶ μόδιος χαλκοῦς, καὶ ὡρεῖον, καὶ δύο χεῖρες χαλκαῖ ἐπ' ἀκοντίων) Pro ἐπὶ δὲ καλὸν ὡρολόγιον, legendum est ἐπὶ δὲ πάλαι ὡρεῖον, ἔνθα, &c. & postea pro καὶ ὡρεῖον, scribendum est καὶ ὡρολόγιον. Scosus est partem Fori Constantini nuncupatam *Horreum*, inde nomen habuisse, quod antiquitus ibi fuisset horreum, cujus loco postea columnæ erectæ sunt, & arcus orientalis Fori, alias dictus *Amastrianus*, supra quem Horologium æreum Cyzico allatum, & exemplar æreum Modii cumulati, a Valentiniano instituti, & duæ manus æreæ hastis infixæ, & ipsius Valentiniani Imp. statua, & simulachrum æreum Fortunæ urbis collocata erant. Ab æreo autem modio ibi posito locus etiam μόδιος, vel μόδιον appellatus fuit ὡρεῖον vel ὅριον pro Horreum, & μόδιος, seu μόδιον pro modio frequentissime occurrunt apud Scriptores Græco-barbaros. Ita Suidas eadem de re loquens v. Μαυρίκιος. οὗ, inquit, (sc. Μαυρικίου στρατηγοῦ) στήλη ἵστατο ἐν τῷ χαλκαμίνῳ ὁρίῳ, ὅ ἐστι μόδιον, ἐκεῖ γὰρ ὡρεῖον, ἔνθα νῦν ἵστανται κίονες πρὸ τοῦ οἴκου Κρατεροῦ. quæ verba ita vertenda sunt: *Cujus statua posita erat in loco nuncupato Horreo, sive Modio.* Horreum enim fuit, ubi nunc stat columna ante domum Crateri. Cæterum quod supra dixi locum nominatum *Horreum*, partem fuisse Fori Constantiniani, inde elicitur, quod Codinus obsidem, quam ibi stetisse ait, num. 76. appellat Arcum Orientalem Fori. ὁ δὲ τυχὼν, inquit, τοῦ τίλλων ἵστατο χαλκῷ μετὰ μοδίου ἐν τῇ ἀνατολικῇ ἀψῖδι τοῦ φόρου, &c. & n. 51. Arcum Amastriani nuncupat. ἵστατο δὲ, inquit, τὸ μόδιον ἐπάνω τῆς ἀψῖδος τοῦ Ἀμαστριανοῦ.

74 Ἔνθα ἵστατο καὶ μόδιος χαλκοῦς καὶ ὡρολόγιον, &c.) Hujus Horologii in orientali arcu fori positi meminit Codin. in lib. *de ædif.* n. 82. his verbis: ἐκεῖσε δὲ (scilicet ἐν τῷ φόρῳ) ἐπὶ καὶ ὡρολόγιον χαλκοῦν, ὅπερ ἤχθη ἀπὸ Κυζίκου. In aliquot Codd. pro ὡρολόγιον, perperam scriptum inveni ὡρεῖον: in aliis ὥρδον: quo mendo deceptus Meursius novum Glossario suo inseruit Græco-barbarum vocabulum ὥρδον, cujus nec ipse significationem novit, nec alii ullibi invenient.

Μὴ ἀντερεῖν δὲ τοῖς ναύταις προστάξαντος, ἐν κατωγαίῳ μοδίῳ τῷ δεξιὰν χεῖρα ἀπώλεσεν) Hic locus ex Svida, & Anonymi Collect. ita corrigendus & supplendus est: καὶ ἀντερεῖν δὲ τοῖς ναύταις προστάξαντος, εἷς τῶν τἀναντία ποιήσας, ἐν τῷ κατωγαίῳ, id est, *Cum enim Imperator sanxisset, ut modius frumenti cumulate venderetur, & nautas vetuisset edicto obsistere, uni eorum contra facienti, in Modio subterraneo* (hoc est, ut ego interpretor, in concavitate subterranea loci nuncupati Modii) *dextra manus amputata est.* ναύτας vero simpliciter hoc loco Codinus vocat negotiatores, qui ex Ægypto, Phœnice, Syria, & aliis locis transmarinis frumentum Constantinopolim advehebant. Supra num. 51. eos appellat ἐμπόρους. ἔμπορος enim proprie significat, ut ait Ulpianus Demosthenis Interpres, τὸν πραγματευτὴν ἄνθρωπον. τὸν πλωτῆρα θαλάσσης.

Ἔνθα τὸ αὐτοῦ Βαλεντινιανοῦ στήλη ἵστατο) Hæc ita narratur in Codice Regio: ἐν δὲ τῇ ἀψῖδι τῶν χαλκῶν τοῦ μοδίου στήλη ἵστατο τοῦ νέου Οὐαλεντινιανοῦ, ἐν τῇ δεξιᾷ κατεῖχεν ἐξάμιον ἀργυροῦν, ὃ καὶ ἐρριπάγη ὑπὸ χεῖρα προστικτόρος ἐν ἔτει ἑβδόμῳ τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ. pag. 180.

Ἀμφότεροι ἐκ τῶν, &c.) Scribe ἀμφοτέρους: nempe τοὺς λαμβάνοντας καὶ τοὺς διδόντας.

Ὁ καὶ ἐρράγη ὡς πάντων παρὰ τοῦ προστίκτορος ὑποκορίου ἐν τῷ ἑβδόμῳ ἀρχῇ Ἰουστινιανοῦ τοῦ Ρινοτμήτου) In Cod. Vat. hæc ita leguntur, ἐρράγη δὲ ὡς πάντων, διὰ τὸ καὶ αὐτὴν ἀργυρεῖν εἶναι ἀπὸ Κυρίου προστίκτορος ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τῷ ἑβδόμῳ ἔτει.

Ἐπιζήμιος ἀξιούσθω) In Cod. Vat. & Anonymi Collect. legitur, ἐπὶ ζημίαις ὑβρίζοιτο: Ego acumen illius Apophthegmatis non assequor.

Ἅμα δὲ καὶ Ἄσπαρ ὁ παραδυναστεύων τῷ τότε, καὶ ἀδελφὸς αὐτοῦ, σὺν αὐτῷ τὸ πέρας ἀδελφικῶς ἐδέξατο) Rectius in Cod. Vat. & Anonymi Collect. simpliciter legitur, ὅτε καὶ Ἄσπαρ σὺν αὐτῷ (sc. Ἀρδαβουρίῳ) τὸ πέρας ἐδέξατο. Falso enim Codinus Asparem, quem constat patrem fuisse Ardaburii, fratrem ejus appellat. Sed necessitas & occasio exigit, ut paulo prolixius agam de Asparis familia. Aspar igitur quem hoc loco Codinus a Leone Macello interemptum fuisse ait, is est, qui Consul fuit cum Areobinda, anno post Christum natum 434. & filios habuit Ardaburium, & Patricium. Ex hisce Ardaburius Consul fuit cum Alypio, anno Christi 447. & una cum patre Aspare a Leone Macello, ob affectatum Imperium occisus est anno 470. Patricius vero Consul fuit cum Ricimere anno 459. Hunc Leo imperator Cæsarem creavit anno 469. & filiam Ariadnem ei despondit: sequenti autem anno, patre fratreq; ejus occisis, ipsum a filia sua Ariadne per repudium sejunctum, in exilium misit, ut testatur Nicephorus Callistus lib. 15. cap. 27. Ἀριάδνην, inquit, τὴν δὲ θυγατέρα αὐτῷ γεγεννημένην, τῷ παιδὶ τοῦ Ἄσπαρος Πατρικίῳ τῷ ὑπάτῳ εἰς γάμον ἐδίδου. Sed ibi vel pro τῷ ὑπάτῳ, legendum est, τῷ ὑπατικῷ, vel videtur Nicephorus voluisse dicere, Leonem Imperatorem Patricio Asparis filio eo anno filiam suam Ariadnem despondisse, quo ille Consul fuit cum Recimere. Postquam vero Nicephorus Asparis & Ardaburii cædem narravit, subjungit de eodem Patricio hæc verba: τὸν δὲ ἕτερον ἐκείνου (sc. Ἄσπαρος) υἱὸν τὸν Πατρίκιον, τῆς θυγατρὸς αὐτὸν διαζεύξας Ἀριάδνης. ἐκεῖνον μὲν ὑπερόριον ἄγει. Utroque in loco Interpres Nicephori non animadvertit Πατρίκιον nomen proprium esse, sed velut dignitatis vocabulum exposuit. Similiter corrigendus Cedrenus, ubi vitiose legitur, τῷ δὲ αὐτῷ ἔτει ὁ ὁ Ἄσπαρος υἱὸς, πατρίκιος ὢν, Καῖσαρ παρὰ τοῦ Λέοντος γίνεται. tollendum est participium ὢν, nam, ut dixi, πατρίκιος hic non dignitatis titulus, sed nomen proprium est. Iisdem erratum est in his Zonaræ verbis, μέχρι δὲ τέλους ἀντέσχεν μὴ οἷός τε ὢν, ἀκων ἀνάγκῃ Καίσαρα ποιεῖ ὑπὸ Πατρίκιον τὸν τοῦ Ἄσπαρος παῖδα, Ἀρδαβουρίου δὲ ἀδελφόν. Non dubito enim quin pro ὑπὸ πατρίκιον, scribendum sit, πατρίκιον τὸν τοῦ, &c. Cæterum tradunt alii Auctores Patricium non in exilium fuisse missum, sed una cum Aspare patre & fratre Ardaburio occisum fuisse. Marcellin. Comes in Chronico: *Ind. IX. Leone Aug. IV. & Probiano Coss. Aspar primus Patriciorum cum Ardabure & Patriciolo* (lege Patricio) *filiis, illo quidem olim Patricio, hoc autem Cæsare, generoque Leonis appellato, Arrianus cum Arriana prole, spadonum ensibus in Palatio vulneratus interiit.* Item Auctor Chronici Alexandrini: τούτῳ τῷ ἔτει τυραννίδα μελετήσας τις (lege μελετήσαντα) Ἄσπαρα τὸν πατρίκιον, ὡς πρῶτον τῆς συγκλήτου ἐφόνευσεν ἐν τῷ παλατίῳ ἔσω, καὶ Ἀρδαβούριον καὶ Πατρίκιον τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, &c. & Evagrius lib. 2. cap. 16. ἀναιρεῖ (sc. ὁ Λέων) Ἄσπαρα τὴν ἀρχὴν αὐτῷ

τιμήσαντα, παῖδάς τε αὐτοῦ Ἀρδαβούριον καὶ Πατρίκιον, ὃν Καίσαρα πεποίηκε πρότερον. Interpres vertit: *Leo Asparem, qui Imperium ei tradiderat, e medio sustulit; quia etiam filios ejus Ardaburium, quem antea Cæsarem creaverat, & Patricium.* Ubi contra Auctoris sensum dignitatem Cæsaris, quam habuit Patricius, Ardaburio ejus fratri tribuit. Sed ita alias passim tam in antiquis quam recentioribus Historicis duo illi Asparis filii inter se confunduntur.

Edit. Paris. pag. 181. Μετὰ μοδίου) Cod. Vat. μοδαίου.

76 Ἡ Μιχαὴλ ὁ Ραγγαβὴ, &c.) Hæc diverse leguntur in Cod. Vat. sed, ut opinor, corrupte: *ἐν ἔτεσιν μέχρι τῆς φυγῆς αὐτοῦ καὶ ποιησάντων αὐτὴν τὴν στήλην, διὰ τὸ μὴ ἔχειν τὰ ἀνατολικὰ μέρη καὶ τῆς ἀνακτόρων.*

Ἀφροδίτης παρθένου ἱερᾶς οὐδὲ θανοῦσα χωρίζομαι) Quatuor hujus inscriptionis lectiones diversæ sunt. In Anonymi Collect. legitur, *Ἀφροδίτης παρθένου ἱέρακι οὐδὲ*, &c. In Codice Vat. scriptum inveni, *Ἀφροδίτη παρθένος ἱέρακος οὐδὲ*, &c. Si pro *ἱέρακι* legeretur *ἱέρακος*, verisimile quodammodo esset, *Ἀφροδίτην* & *ἱέρακα* nomina esse amantium, qui eodem conditi monumento, ne morte quidem sejungi voluerunt. Vertendum igitur esset, *Aphrodite virgo ab Hierace ne morte quidem separor.* Hierax ut nomen proprium apud Suidam & alios Scriptores occurrit. Aphrodite autem, in antiquo hoc alias inedito Epitaphio: ΚΑΛΛΙΤΕΚΝΟΝ ΣΕΜΝΗΝ ΟΔΕ ΤΥΜΒΟΣ ΕΧΕΙ ΣΕ ΑΦΡΟΔΙΤΗ. & in alio apud Gruter. p. 756. Tertia diversa lectio istius inscriptionis hæc est: *Ἀφροδίτῃ παρθένῳ ἱερᾷ, οὐδὲ θανοῦσα χωρίζομαι*, id est, *Veneri Virgini Sanctæ, Ne morte quidem segregor.* Venus cognominata Virgo & Sancta, eadem est quæ alias vocatur *οὐρανία* sive *cælestis*, & pro Junone sive Luna culta fuit, ut testatur Julius Firmicus: *Nam hunc eundem*, inquit, (sc. aerem) *nomine Junonis vel Veneris virginis, si tamen Veneri placuit aliquando virginitas, consecrarunt.* Huc pertinet inscriptio, quæ legitur in Collectan. Anonymi num. 194. *Ἀφροδίτῃ Σελήνῃ*. Ephitheton vero SANCTÆ tribuitur Veneri in antiqua inscriptione, cujus exemplar subjunxi, quia alias, quod sciam, nondum est edita:

VENERI. SANCT. MORPH.
SACRUM
TI. CLAVDIVS. TI. F. CLV. BI
MIL. LEGION. III. PARTH
VOT. SVSCEPTO. LIBEN
L. D. D. D.

Quarta demum lectio diversa hæc est: *Ἀφροδίτῃ παρθένῳ ἱερᾷ, ὁ δὲ θανοῦσα χωρίζομαι.* Videant alii, an quicquam boni sensus elici hic possit: mihi sane non videtur.

Νούμμοι ἐχάραξεν) Νουμμοι, seu *νούμμοι* dicuntur *nummi*, seu *numismata*.

77 *Συνεμάτια δὲ ἔστησαν μέσον τοῦ φόρου ζῴδια ἐπὶ κιόνων*) pro *ζῴδια* in Cod. Vat legitur, *μετὰ ζωδίων*, quod idem est. *συνεμάτια ζῴδια* hoc loco significat *compages* seu *coagmenta compactilia*, quibus vel figuræ insculptæ, vel impositæ fuerunt. *ζῴδια* enim, ut alias dixi, Codinus passim figuras & statuas appellat. In aliis aliquot Codicibus pro *συνεμάτια*, scriptum inveni, *συνεμμάτια*, & *συνημμάτια*.

Ὁ σοφὸς ὁ ἄριστος ἀστρονόμος) Additur in aliquot Codicibus *παραλαβόντος παρὰ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου* Sed hoc falsum est: Nam Apollonius Tyaneus sub Domitiano floruit. Cætera etiam omnia, quæ hic Codinus narrat de presagiis rerum futurarum extructis ab Apollonio Tyaneo, futilia sunt & nullius momenti.

78 Καὶ τῆς Τζυκαναλαρείου τῆς χαλκῆς) Scribe καὶ τῆς Τζυκαναλαρείου ἐκ τῆς χαλκῆς.

Ἐν δὲ τῷ ξηρολόφῳ, &c.) Vide num. 33. & 44.

Ἐν τῷ μεγάλῳ κίονι τῷ πορφυρῷ πλησίον τῆς ἀνατολῆς) Non dubito, quin hic locus ex Anonymi Collect. ita supplendus & reformandus sit: *ἐν τῷ φόρῳ πλησίον τοῦ μεγάλου κίονος τοῦ πορφυροῦ κατὰ ἀνατολήν.*

Ἐν τῷ Κορωνίῳ μιλίῳ) Crederet quis pro *κορωνίῳ* hic scribendum esse *κοτωνίῳ*: nempe ut *κοτώνιον* Græco-barbara idem significet, atque Græcis antiquis *κυδώνιον*, & Latinis *cotoneum*. Sic enim videretur locus hic Constantinopolitanus nominatus *Malum Cotoneum*, sive *Cydonium*, respondisse pag. 182. illi, qui fuit in sexta regione Romæ antiquæ, & nomen habuit *Malum Punicum*, cujus meminit antiqua urbis descriptio, & Suetonius in Diocletiano. Verum si minus hæc conjectura placet, omnino legendum est, *ἐν τῷ χρυσῷ μιλίῳ*, id est, *in Miliario aureo*, ut in pluribus confirmabo in Notis ad Anonymi Collectan. ubi legitur, *ἐν τῷ κορωνίῳ μιλίῳ*.

Καθὼς Ἀγγυριανὸς χρονογράφος ἐν τῷ δεκάτῳ λόγῳ αὐτοῦ καὶ ἡμῖν παραδεδώκασιν) In Codice Vat. legitur, *Ἀργυριανὸς* & *παρέδωκεν*. In Anonymi Collect. habetur, *καθὰ Ἀγκυριανὸς χρονογράφος ἐν τῷ δεκαλόγῳ αὐτοῦ ἀκριβέστερον παρὰ Ἀνασίου ἡμῖν παρέδωκεν. τὸ αὐτὸ καὶ αὐτὸς Ἀνασίου.* Pro *Ἀγκυριανὸς*, ut derivetur ab *Ἀγκύρᾳ* Galatiæ oppido.

Παραδεδώκασιν) Hic desinit liber *de Statuis*, cui in omnibus Codicibus statim subjungitur liber *de ædificiis*, nisi quod in duobus Vaticanis intersita est non contemnenda narratio de VII. Synodis Generalibus, cujus exemplum subjunxi.

ΠΕΡΙ ΣΥΝΟΔΩΝ.

α'. Ἡ πρώτη Σύνοδος γέγονεν ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας, ὑπὸ τοῦ ἐν ἁγίοις Κωνσταντίνου, συνελθόντων τριακοσίων δεκαοκτὼ ἁγίων πατέρων, καὶ Συλβέστρου Πάπα Ρώμης, οἳ καθεῖλον Ἄρειον, ὃς ἦν πρῶτος πρεσβύτερος Ἀλεξάνδρου. Τὸν γὰρ Χριστὸν ψιλὸν ἄνθρωπον εἶναι ἐβλασφήμει, ἴβηρες δὲ τοῦτο ἐχειροτόνησαν, ἐπὶ δὲ τούτου εἰσῆλθον τὰ λείψανα τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἐν Κωνσταντινουπόλει. ἐβούλετο δὲ καὶ τὴν τοῦ λεγομένου χρυσαργύρου συντέλειαν ἐκκόψαι, ἣν ὑπὸ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἡ πόλις μετέλαβε, καὶ τὴν τολμηρὰν βουλὴν ὑπὸ τῆς ἀνάγκης, τὴν τοῦ πρωτέρως ὑποσημάνσας ἀξίαν, εἰ μὴ τοῦ τὸ τάχιον τὸ τέλος τοῦ βίου κατέλαβεν.

β'. Ἐπὶ δὲ Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου γέγονεν ἡ δευτέρα Σύνοδος ἐν Κωνσταντινουπόλει, τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγίων πατέρων, καὶ Δαμάσου Πάπα Ῥώμης, καὶ Νεκταρίου Κωνσταντινουπόλεως, καὶ Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, κατὰ Μακεδονίου τοῦ πνευματομάχου. Τὸ γὰρ ἅγιον πνεῦμα οὐκ ἔλεγε Θεὸν, ἀλλ' ἀλλότριον τῆς θεότητος, ὅτι καὶ προσέθηκε τῷ ἁγίῳ συμβόλῳ τῆς πίστεως, οὕτως· Καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ κύριον τὸ ζωοποιόν. ὑπὸ τοῦ μεγάλου ἀποτέθεικε λείψανα εἰς τὸν ναὸν τοῦ Διδύμου, ὁ δὲ Ἀττικὸς ὢν Πατριάρχης ὅτε κατέθετο αὐτά.

γ'. Ἐπὶ δὲ Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ γέγονεν ἡ τρίτη Σύνοδος ἐν Ἐφέσῳ, τῶν σ'. ἁγίων πατέρων ἐπὶ καθαιρέσει Νεστορίου, τὸν γὰρ Χριστὸν καὶ αὐτὸς ψιλὸν ἄνθρωπον εἶναι ἐβλασφήμει. οἱ δὲ συνελθόντες ἀνεθεμάτισαν αὐτὸν, καὶ τελείως ἐδίδαξε τὴν ἀδόλαστον καὶ εἰλικρινῆ, καὶ τελείαν, καὶ ἀμώμητον πίστιν, τὴν ἐν Τριάδι Θεότητα ὑμνουμένην ἀεί.

δ'. Ἐπὶ δὲ Μαρκιανοῦ καὶ Οὐαλεντινιανοῦ γέγονεν ἡ τετάρτη Σύνοδος, ἡ ἐν Χαλκηδόνι τῶν χλ'. ἁγίων πατέρων, ἐπὶ Λέοντος Πάπα Ῥώμης, καὶ Ἀνατολίου Κωνσταντινουπόλεως κατὰ Διοσκόρου Πατριάρχου Ἀλεξανδρείας, καὶ Εὐτυχοῦς Ἀρχιμανδρίτου, οὗτοι γὰρ τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρετοῦντο καὶ ἐν φαντασίᾳ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐψευδολόγουν.

ε'. Ἐπὶ δὲ Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου γέγονεν ἡ πέμπτη Σύνοδος ἐν Κωνσταντινουπόλει, οἳ καὶ καθεῖλον Ὠριγένην, Εὐάγριον, καὶ Δίδυμον τοὺς παραφρονας, τὰ γὰρ σώματα ἡμῶν μὴ ἀνίστασθαι ἐδυσφήμουν, καὶ παράδεισον αἰσθητὸν μὴ γενέσθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, μήτε εἶναι, καὶ ἐν σαρκὶ μὴ πλασθῆναι τὸν Ἀδάμ. καὶ τέλος εἶναι τῆς κολάσεως, καὶ δαίμονας ἐλθεῖν εἰς τὴν ἀρχαίαν ἀποκατάστασιν.

ϛ'. Ἐπὶ δὲ Κωνσταντίνου, Ἡρακλείου καὶ Τιβερίου υἱοῦ αὐτοῦ γέγονεν ἡ ἕκτη Σύνοδος τῶν ρν'. ἁγίων πατέρων ἐπὶ Ἀγάθωνος Πάπα Ῥώμης κατὰ Κύρου, Ἀλεξάνδρου, Σεργίου, Πέτρου, ἓν θέλημα ἐν μιᾷ ἐνεργείᾳ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἔχειν, καὶ μετὰ σάρκωσιν τὸν σύνδεσμον τῆς ὀρθοδοξίας διαλῦσαι θελήσαντες οἱ παν-

γέγραπται. ἐκαλεῖτο δὲ αὐτοῦ ἡ μακαριότης ὁ νομοθέτης Ἀντιοχείας, καὶ ἐπίσκοπος ὁ μαθητὴς αὐτοῦ.

ζ. Ἐπὶ δὲ Εἰρήνης τῆς μητρὸς Κωνσταντίνου τοῦ τυφλοῦ γέγονεν ἡ ἑβδόμη Σύνοδος τῶν ἁγίων πατέρων ἐπὶ Ταρασίου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως ἐπὶ καθαιρέσει Θεοδοσίου, παρ' οὗ ἐξέθεντο ὅροι πίστεως.

Edit. Parif. pag. 183. Ἐπὶ δὲ Θεοδώρας αὐτὸ τῆς μετὰ τὸν θάνατον Θεοφίλου τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς, σὺν Μιχαὴλ τῷ υἱῷ αὐτῆς γέγονεν ἡ σύνοδος ἐν Κωνσταντινουπόλει τῆς ὀρθοδοξίας, ἥτις ἄδεται ἕως τῆς σήμερον.

ANIMADVERSIONES IN LIBRUM de Ædificiis Constantinopolitanis.

Δι' ἣν δὲ αἰτίαν μετεκινήθη ὑπὸ Δημοῦ) Licet in omnibus Codicibus scriptis ita legatur, attamen pro ὑπὸ Δημοῦ, scribendum esse videtur, ὑπὸ Τιβερίου. Paulo post enim subjungitur, ὑπὸ δὲ Τιβερίου τοῦ πενθεροῦ Μαυρικίου μετετέθη, &c.

Καὶ παλάτιον δὲ ἦν πλησίον τὸ αὐτοῦ καὶ μέγιστον) Per παλάτιον μέγιστον hic intelligitur Palatium Imperatoris, quod statim postea vocat τὰ βασίλεια.

Ὑπὸ δὲ Τιβερίου τοῦ πενθεροῦ Μαυρικίου) In Codd. Vat. & Anonymi Collect. legitur, ὑπὸ δὲ Τιβερίου τοῦ πρώτου.

Εἰς τὰ βασίλεια) In Cod. Vat. legitur, εἰς τὰ παλάτια, quod idem est

Τὰ δὲ τείχη τῆς δύσεως τῶν μεγάλων πορτῶν ἐπὶ Λέοντος, &c.) In Cod. Regio pro τῶν μεγάλων πορτῶν legitur, τὰ μεγάλα πρῶτον: & in Cod. Vat. pro τῆς δύσεως scriptum inveni, τῆς πόλεως. Paulo post ibidem pro διπλοῦς perperam legitur δυσμοῦς.

Κωνσταντῖνος ὁ Θεοδοσίου ὁ μέγας, καὶ Λέων οἱ πρῶτοι ἀνήγειραν) In Codd. Vat. pro Λέων vitiose legitur, Ἑλένη. Deinde subjunguntur hæc verba, quæ etiam in Cod. Reg. reperi: ὁ γὰρ μέγας Κωνσταντῖνος ἐνομοθέτησε, τὴν κυριακὴν ἀπραξίᾳ τιμᾶσθαι. πρὸ γὰρ αὐτοῦ καὶ κατὰ τὴν κυριακὴν πάντες εἰργάζοντο. id est, *Constantinus Magnus lege sancivit, ut dies Dominicus abstinentia a laborando honoraretur: ante ipsum enim die etiam Dominico omnes operabantur.*

79 Ἐκεῖσε ἱερὸν) Adde ex Codice Regio, ὅπερ κεῖται πλησίον τοῦ Δευτερονίου.

Ἀπὸ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας In Anonymi Collect. legitur, τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν.

80 Καὶ τὰ Γάστρια) In Codice Regio legitur, τὴν μονὴν τὴν γαστρίαν, scribe τὴν μονὴν τὰ γάστρια, id est, *Monasterium in loco nuncupato Gastria*, sive *ad Gastria situm*. γάστρια autem, vel γαστέρια hic significant *vasa ventosa, & patula*: cujusmodi sunt in quibus arbusculæ, flores & herbæ plantantur. Cæterum istius Monasterii meminit Zonaras his verbis: ἐκεῖ δὲ (sc. Theodora uxor Theophili) κατὰ τὴν μονὴν τῶν γαστρίων, &c.

Διὰ τῆς πόρτης τοῦ Ψαμαθᾶ) id est, *per portam littoralem*, seu *arenariam*. Vide Notas num. 115.

Ἀπληκεύσαντα) Rectius in Cod. Vat. scribitur, ἀποπληκεύσαντα. ἀπληκεύειν enim idem est atque Latinorum *applicare*. Hic significat *deponere aliquid*, seu *applicare in aliquem locum*. Paulo post sumitur pro *diverti ad hospitem*, seu *recipere se in hospitium*; ἔξω τοῦ παλατίου, inquit, ἀπληκεύσαντα εἰς τὰ Ῥουφίνου

Τὰ δὲ Ψαμαθᾶ τὰ παλάτια) In aliquot Codicibus legitur τὰ δὲ Ψαμάθιο, & τὰ δὲ Ψαμαθίαν: sed utramque vitiose, ut alias pluribus declarabo.

Τὸν δὲ ἅγιον Ἰωάννην, &c.) Hæc præcedentibus conjungenda sunt.

Ἐχώσεν) Cod. Vat. ἔχωσαν.

81 Τὰς Ῥουφινιανὰς) Loquitur de thermis Rufinianis.

Καὶ τὰ μηχανικὰ ὅλα ἐκεῖσε ἀπόκειται) Perperam in Cod. Regio pro ὅλα, legitur βιβλία. Eadem lectio fuit in Codice Græco Annalium Glycæ, ubi hæc ita vertit Interpres: *Præter hæc ipsa quoque Mangana sunt a Constantino Magno extructa: quo in loco reposita erant omnia bellica instrumenta, librique de mechanicis.*

Ἀρμαμέντα καὶ κοπροθέσιον αὐτὸν ἐποίησε, καὶ τὸ λείψανον, &c.) De hac templi & reliquiarum S. Euphemiæ prophanatione vide hist. Miscell. l. 22. ubi agitur de rebus gestis a Constantino Copronymo anno vigesimo sexto Imperii. Cæterum pro ἀρμαμέντα, hic scribendum censeo ἀρμενταρεῖον, id est, *armentarium*, seu *stabulum armentorum*. Sic ante Copronymum Maxentius Ecclesiam S. Marcelli titulo dedicatam in armentarium mutavit, ut ibidem animalia Catabuli congregata starent, quorum servitio S. Marcellum addixit. Notandum vero etiam in hist. Miscell. pro *armamentarium* substituendum esse *armentarium*. pag. 184.

Ad Or. 13. Λελασμένος) Antiquus Interpres vertit, solutus: videtur itaque in codice ejus scriptum fuisse λελυμένος.

Ad Or. 14. Τὸν ἥλιον ὕπνος) Cod. Amst. τὸν ἥλιον ἄυπνος.

Ad Or. 16. Εὐτυχεῖς πλέον) Lege, ἃ τύχοις πλέον.

Ἀλλ' οὐδ' ὅλως, ἄριστε, κερδανεῖς χάριν) Antiquus Interpres ita vertit: Atqui non dolo, optime, tibi hæc gratia parta est. Videtur ergo in codice ejus pro οὐδ' ὅλως scriptum fuisse, οὐ δόλῳ.

ANNOTATIONES AD *oraculorum leonis antiquam Græcam Paraphrasin.*

EN τῇ πρώτῃ ἄκρᾳ τῆς βυζαντίδος) Similiter aliquanto post κατωτέρω, inquit, ἐν τῇ ἄκρᾳ τῆς βυζαντίδος.

Ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ λιβὸς) Huc facit ille Oraculi octavi versus:

Δράκοντα συμπλέξουσι τὸν λιβοντόνον.

Ὁ τρίτος πρῶτος) Respicit ad Oraculum 9.

Καὶ ἀποκαλυφθήσεται ὁ ὑλακωμένος) Hæc verba desumpta sunt ex Oraculo 11.

Εὑρεθῆναι παρὰ τοῦ ὁρωμένου ἀγγέλου, τοῦ ἀποκαλυφθέντος ὡς ἀνθρώπου λαμπροφόρου εὐνούχου) Sic aliquanto post: καὶ δύο ἄγγελοι ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου λαμπροφόρου εὐνούχου. Item Codinus in libro de Structura templi S. Sophiæ: ἐφάνησαν αὐτῷ λαμπροφόρος τις εὐνοῦχος; & paucis interjectis, subjungitur: ἔγνω ὁ βασιλεύς, ὅτι ἀγγελικὴ ἐστὶ Κυρίου. Quod vero hoc loco narratur de futuri illius optimi Imperatoris revelatione per angelum, Paraphrasis est 12. 13. 14. & 15. Oraculi.

Καὶ τοὺς τὰ σοδομιτικὰ ἔργα ποιοῦντας) Huc faciunt illi versus Oraculi octavi.

Καὶ τοὺς ἀσελγεῖς καὶ φόνῳ κεχυμμένους
Μοιχοὺς, ἅρπαγας, ἀδίκους, αἱμάτων πότας,
Τὰ λοίσθια κλάουσι φρυαγμάτων φάος.

Πολιὸς, πολυΐστωρ, καὶ μάλα εἰδὼς) Respicit ad illud Oraculi noni:

Ὡς ἄγαν πρεσβὺς καὶ πολιὸς ὑπάρχων.

Ἔσται δὲ πρᾶος καὶ φιλάνθρωπος, &c. Respicit ad illud Oraculi decimi tertii:

Μισόχρυσος, μείλιχος, πρᾶος, ἐλεήμων.

Προφητικὸς καὶ προφητείας μετέχων) Respicit ad hunc Oraculi decimi tertii versum: pag. 184.

Τὸ μέλλον ὀξύτατος εἰδέναι μᾶλλον.

Καὶ ἀνδραγαθήσεται ἐν ταῖς νήσοις) Huc facit illa noni Oraculi versus:

Ἐλθὼν δὲ δυσμὰς τὰς νήσους ἐπιστατεύων.

Τὸν πτωχὸν ἐμὲ ὑστερούμενον) Huc pertinent illa Oraculi undecimi verba: ὑπὸ πτωχοῦ ὑστερούμενον.

Ὁ ἐκ μοίρας δυστικῆς καὶ ἐκ γένους βασιλικοῦ κατερχόμενος) Huc pertinent ille Oraculi sexti versus:

Μόνος ἀνεχθεὶς ἐξ ἀνακτόρων κλέους.

Ἀπὸ τῆς δυτικῆς τῆς πόλεως πύλης) Huc facit ille versus decimi tertii Oraculi:

Ἀπεστι σκηνὴ πρὸς δυσμὰς ἐπτάλοφος.

Πλησίον τοῦ σίγματος) De hoc loco vide meas ad Codinum Annotationes.

Καὶ τῶν ξανθῶν τὰς μηχανὰς) Huc pertinet ille versus Oraculi de restitutione Constantinopoleos:

Ἀλλά σε πυρίστατον καὶ ξανθὸν γένος.

Videtur autem loqui de Latinis.

Τὰς χύσεις τῶν αἱμάτων) Respicit ad hunc Oraculi octavi versum:

Σφαγαὶ γὰρ ἐν σοὶ καὶ φρεχύσεις αἱμάτων.

Καὶ κήρυξ βοῶν τρανῶς) Huc pertinet ille Oraculi decimi tertii versus:

Κήρυξ ἀφανὴς τρὶς ἀνακραύξει μέγα.

Ἰνδάλματος ὀψ λψει) Legendum videtur ἐφίπτω, vel ὑφ' ὕψει ἱστάμενον, id est, ut paulo post ait, ὑφ' ὑψηλοῦ τόπου.

Τοῖς ἄνω κλήσεσι τοῦ φωτὸς τοῦ Θεοῦ ἐμφορηθεὶς) Respicit ad ultimum ultimi Oraculi versum:

Οὐκ ἀτυχήσεις τῆς ἄνω κληρουχίας.

ANNOTATIO AD ORACULUM *Imp. leonis de restitutione Constantinopoleos.*

ΑΛΛΑ σε πυρίστατον καὶ ξανθὸν γένος) Antiquus Interpres Oraculorum Leonis hæc ita vertit: Sed te ignis fumnus flavum genus. Videtur ergo in codice ejus pro πυρίστατον scriptum fuisse πυρόκαπνον. Illi vero, quos hic Leo igneum & flavum genus hominum appellat, videntur esse Latini, qui duce Balduino Comite Flandrensium anno Christi 1203. fugato Alexio Angelo Comneno, Constantinopolim ceperunt, & integros quinquaginta annos occuparunt. Iidem similiter ξανθοὶ vocantur in antiqua Græca Oraculorum Leonis Paraphrasi: φέρων τε τὸν πόλεμον καὶ τῶν ξανθῶν τὰς μηχανάς.

Finis Annotationum Petri Lambecii ad Imp. Leonis Oracula & antiquam Græcam Paraphrasin.

AU-

Edit. Parif. pag. 285.

AUCTORIS ANONYMI,
QUI CREDITUR ESSE
FRANCISCUS PATRICIUS DALMATA,
EXPOSITIO ORACULORUM
IMPERATORIS LEONIS

Uti ex Græco in Latinum & vulgarem Italum fermonem translata, anno 1596. Brixiæ in lucem prodierunt.

EPIGRAMMATA FIGURÆ I.

A *IN medio geminorum corvorum, & volatilium abfumeris.*

B Et linearibus figuris notans tempus quibus remanebit patrimonii finis, urfæ autem everfor ferpens mifer folus: o quando fueris efca immanium corvorum.

C *Secunda proles alta bellua, fupinusque ad meridiem ferpens, fupinus nigro, & niger totus, luce corvis crudeliter adempta. Etenim genus ex Eoa familia infame ducens miferabili clade. Te ipfum una cum civitate perdes, & tui gemitus æftas & ver.*

EXPOSITIO.

CUM fignificatio ferpentis in maxima veneratione habita fuerit apud antiquos Romanos, & poftea apud Græcos, & Ægyptios; quoniam pro ferpente illo intelligebant deum Æfculapium Epidaurum: ideo Græci fub ferpente coloris fubflavi depicto, eorum dominium oftendere voluerunt, ficuti fub aquila Romanum imperium oftenditur, & fub tribus Lunis Turcarum imperium, quod eft primum fignum magni Sulthanis. Propter hoc, in prima figura ubi afpicitur ferpens, fignificatur Græcia afflicta, quæ poft Leonem Philofophum Imperatorem Conftantinopolitanum valde fuit turbata, & ab internis, & ab externis, & a vicinis, & hoc per annos trecentum & tres, id eft, ab anno oongentefimo & quinto a Chrifto nato ufque ad millefimum ducentefimum octavum, quo tempore, ut recitat Egaatius, fuere triginta Imperatores, incipiendo ab ipfo Leone ufque ad Murcifilum ultimum Græcum Imperatorem, in tertia Imperii mutatione, dico tertia mutatione; quia prima Græcorum fuit, quando Alexander Magnus in eos detulit Imperium anno trecentefimo vigefimo fexto ante Chriftum natum, unde mutatio ifta una cum nomine Imperiali ufque ad mortem Philippi perduravit, videlicet per annos ducentum triginta quinque, quo tempore cœpit fecunda Imperialis mutatio fub Romanorum dominio; quo tempore Magnus Conftantinus Byzantium tranftulit Imperium

pag. 286.

Romanum, & ab ipfo civitas dicta fuit Conftantinopolis: perfeveravit iftud Romanum Imperium, quod tenebat gradum orientalem & occidentalem ufque ad Theodofium Imperatorem, poft quem divifum fuit imperium Romanum, & Arcadio datum fuit orientale, & divifio hæc fuit in anno trecentefimo nonagefimo octavo; ob id poftea Imperatores Conftantinopolitani vocati funt Orientales, Romani vero Occidentales, qui per aliquod tempus ceffarunt propter Gothorum adventum, & Imperium in Galliam fuit delatum Carolo Magno; & fic ufque ad Carolum Magnum imperavit in Orientem poft Theodofium juniorem Valentinianus tertius, deinde Flavius Valerius Martianus, in quo defiit Imperium CP. quia poft Martianum creatus eft Leo primus de ftirpe Græca; unde mutatio Imperatorum orientalium Romanorum in Martiano defiit, & hoc pacto cœpit tertia mutatio Imperialis in Græco fanguine circa annum quadrigentefimum fexagefimum in Leone primo, & fic per viginti quinque Imperatores in Nicephoro, id eft, poft Imperii translationem in Galliam; fed fequuta eft etiam poft Nicephorum tertia hæc Imperialis Græca mutatio ufque ad Murcifilum (fecundum aliquos) fexagefimum Imperatorem hujus tertiæ mutationis in fanguine Græco, & in ipfo defiit ftirpis Græcæ Imperium; unde hucufque oftenditur Imperium Græcum fub figura ferpentis, (& quantum erat duraturum) qui a duobus volatilibus cæcus redditur: propter hoc dicit Epigramma A In medio geminorum corvorum, & volatilium abfumeris: quafi dicat, o Imperium Græcum abfumeris inter duos corvos, aut volatiles: id eft, alienos potentatus qui te expellent: & ita Ægyptii per corvum intelligebant infamem expulfionem, inquit, quod expulfio erit duorum corvorum: & ita fuit; quoniam alter eorum fuit Murcifilus, qui credens Græcum imperium occupare, Alexium juvenem Imperatorem occidit; fed ipfe ftatim captus fuit a Venetis & Gallis, & Byzantium ductus, variis cruciatibus mortuus, & caftigatus acerbe. Sed interim quod Murcifilus fugam ceperat, ecce fecundus corvus, id eft, Balduinus Flandriæ Comes, qui dominium & urbem cepit, & fic fuit Imperator creatus, ut dicit Egnatius, & alii.

Codin. de Orig. CP.

EPIGRAMMATA FIGURÆ II.

A *DUplex, triplex, etenim avus eques crucigerula avis e quufque rurfus corniger.*

B *Maximus, aviumque rex folus, hic certe accipiens regnum, e meridie in equo quieveris cornigero, una die, fidere diei percenfente mediam poli.*

C *Monade duplicis appellationis, fola prima zamentis zamerorum, poftero tempore, ut & bona pars temporis exiftit, quando tenebis Crucis imaginem mediam, & audax quam maxime, & celer es, & ad bella promptus. O Byzæ genus, fed ad extremum occafio famæ lucrum faciet.*

EXPOSITIO.

AQUILA cum Cruce novum Imperatorem denotat, id eft, Balduinum fupradictum, qui circa annum millefimum ducentefimum octavum, auxilio Venetorum & Gallorum creatus eft illius loci Imperator, quoniam inter ipfos fuit pactum, fi Galli crearent Dominum temporalem, Veneti crearent Dominum fpiritualem; unde Galli crearunt Bal- pag. 287. duinum ex Gallorum ftirpe Imperatorem Conftantinopolitanum, Veneti vero Thomam Maurocenum illius civitatis Patriarcham fecerunt. Ifta figura oftendit tempus hujus Imperii in externa ftirpe in illis verbis Epigrammatis A, Duplex, &c. quafi dicere velit, duplex triplex, hoc eft, fex Imperatores cum figno Aquilæ Crucem ferentis erunt in Imperio: & ita fuit, quoniam fub Aquila ifta crucigerula, quæ fex pennas gerit in collo, oftenduntur fex Imperatores, id eft, Balduinus, Henricus, Petrus, Rubertus, & Joannes Bren-

nius tutor cum Balduino secundum nonnullos, & qui postea succedere deberet, videtur in Epigrammate B, ubi dicitur, Maximus aviumque te a solus, &c. quasi dicere velit, magnus & solus avium Rex erit ille, qui capiet dominium Græcum, sed transacto meridie, id est, per aliud parvum tempus quiescet in equo cornigero, & ita fuit, quoniam Aquila cessavit in Balduino secundo.

EPIGRAMMATA FIGURÆ III.

A *Sulthanus Mechemetes, is qui Constantinopolim capturus est.*

B *In locis humidis, & præter spem cades, in te enim initium & finis cornu est.*

C *Fama vulgatum est, quod aures habes, & hinnis citra amorem habenarum, id est, laxatis habenis.*

EXPOSITIO.

VIDEBATUR quod Grecia relinquens dominium externum Aquilæ in Balduino secundo, & alium novum & nativum accipiens dominium in Michaele Palæologo (sed intermedio Imperiali secundum aliquos Alexii, Angeli, Theodori Lascari, & Joannis Deplobatarii) esset tamquam nova sponsa, ostensa per illam juvenculam Græcorum more indutam, & lætam; sed illa lætitia a meridie sublata fuit, sicuti dictum est ab equo cornigero, a quo depressa fuit: quare Epigramma B juvenculæ dicit, In locis humidis, & præter spem cades, &c. quasi dicere vellet in locis humidis, hoc est, in feliciori tempore tui dominii, o Græcia, quæ tantum te extollis, eades; sed scias, quod in te principium & finis est cornu, hoc est, quod in te fuit principium cornu, id est, dominium, in te etiam erit finis. Sed quis futurus esset hic primus corniger equus, declarat Epigramma A dicens, Sulthanus Mechemetes qui capiet Constantinopolim, id est, Sulthanus Mechemetes erit ille, qui imperium Græcum occupabit, qui desiit in Cōstantino quinto Imperatore post Michaelem Palæologum Viterbiensem anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio, & ista perseverabit per septem Imperatores Mahometanos. Quomodo autem pervenerit imperium illud in Mechemet, dicunt historiæ Ottomannorum, & Turcarum, & Græcorum, quod Michael Palæologus reliquit Andronicum, qui duos filios habens, Calojannem, & Emanuelem, reliquit tutorem Joannem Cantacuzenum, qui Calojanni filiam in matrimonium collocavit, sed orta dissensione inter Cantacuzenum & generum, Cantacuzenus generum expulit, se Imperatorem faciens; sed Calojannes in statum restitutus, Cantacuzenum multavit exilio, qui se monachum fecit. Hic Calojannes Emanuelem habuit, qui post patrem tenuit imperium, & septem
Edit. Parif. pag. 288. habuit filios, Joannem, Andronicum, Theodorum, Constantinum, Demetrium, Thomam, & Michaelem. Tempore istius Emanuelis Imperatoris accidit quod Mechemet Turcarum Imperator, postquam a Venetis mari profligatus esset, & cum ipsis deinde pacem haberet, ut a fratre Mustafæ aggrederetur, qui postea Salonicum aufugit: quod intelligens Mechemet, cum exercitu petebat Mastafæ gubernatorem; qui cum Emanueli Græco Imperatori de hoc scripsisset, responsum tulit hujusmodi: quod Emanuel & Mechemetes concordes fuere; & promisit Mustafam carcere detenturum, in quo permansit usque ad mortem Mechemetis primi. Propter istam Græcorum actionem tantum auctus est amor in Mechemetem, ut omni eorum petitioni assentiret: unde tam valde floruit Græcia in illa tranquillitate, ut tamquam nova sponsa in otio & quiete permaneret, nisi Emanuel Imperator filiis regnum divisisset, quorum dissensiones causa fuere augmenti Ottomannorum, & propriæ perditionis: quoniam defuncto Emanuele, Joannes primogenitus cepit imperium; & post ipsum cum Constantinus in pacifico dominio esset constitutus, & Græci cum Mechemete secundo fœdus percussissent, non diu permansit in illa tranquillitate, quia Mechemetes superbus, & invidus, fœdera non respiciens, imo illis postpositis una cum legibus & juramentis, propugnaculum erexit, quod vocabatur Bogazator, quo completo, se Græcorum hostem detexit: cœpit enim regionem Constantinopolitanam damno afficere; & cum maximo exercitu civitatem obsidione teneret atque magnis bombardis, anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio civitatem & dominium habuit: erat quippe Mechemetes vir fraudulentus, & deceptor, quod diceret, fidem solum a mercatoribus servandam, non a Principibus cupientibus magnos fieri: erat etiam vir sagax, ingeniosus, & Christianorum hostis acerrimus.

EPIGRAMMATA FIGURÆ IV.

A *Sulthanus Pazaites.*

B Secundus bos, & finis Arctotrophi, id est, ursæ nutricis, figura ostendit locum & mores.

EXPOSITIO.

DENOTAT quarta figura successorem Mechemetis, qui fuit Bajexit; quare dicit Epigramma A: Sulthanus Pazaites. Hic habito post patrem dominio, a variis Principibus valde fuit vexatus: omnes enim videntes ejus pacificum animum, contra ipsum arma audebant capere, & deficere, sicut fecerunt exules Moreæ, Macedoniæ, quæ medio Nicolai Zuppani & Joannis Cernovichii in statum se reduxerunt. Istæ duæ provinciæ ad defectionem tractæ nituntur duobus illis capitibus juvencularum, quæ per paucum tempus in libertate permanserunt.

Hic Imperator Bajexit non ab re ostensus fuit figura bovis simbologica, quia semper pacis fuit amicus, ut homo animi pacifici & mitis naturæ: fuit vir intelligens, philosophiæ incumbebat, & præsertim ei placuere Averrois opera, & fuit Imperator & Dominus bonæ famæ.

pag. 289.

EPIGRAMMATA FIGURÆ V.

A *Alia quædam ursa secunda Scimnotrophus, id est, catulorum nutrix, & omnino illa præter quam quod umbratilibus tractibus delineata.*

B *Sulthanus Selinus.*

C *Ad orientem solem utrinque corona partem inferunt totius Imperii.*

D *Motus temporum intempestivus erit, nam a summo in summum describitur.*

EXPOSITIO.

SICUTI symbolo bovis in quarta figura ostensa est natura Bajexitis secundi Imperatoris in Constantinopoli; ita in hac quinta figura, symbolo ursæ cum capite Griphii, & cum quatuor catulis nititur natura successoris Bajexitis, & nomen per Epigramma B dicens, Sulthanus Selinus. Iste revera fuit sicuti hic est figuratus: fuit etenim ita crudelis, ut valde incubuerit ad omnes Ottomannos extinguendos, fratres, nepotes, & consanguineos suos: & quamvis esset Selinus proprii sanguinis homicida, dicens nihil esse tam dulce, quam sine consanguineorum timore imperare: fuit tamen justitiæ amator, virtutisque ac magnitudinis; vigilans fuit, ferox, & in victu modestus. Sed in suarum victoriarum incremento vires defecere: orto enim in renibus ulcere, corrodente & pestilenti febre correptus, mortuus est. Ideo dicit Epigramma B, Motus temporum, &c. quasi dicere vellet; quod sperans ad alia trophæa & victorias transire, ægritudo abstulit animum & vitam.

EPIGRAMMATA FIGURÆ VI.

A S*Ulthanus Solimanus.*
B Hic existens quartus ab ursa cum falce & eo'a vie contendens ad messem.
C Falcifer temestre tibi spatium præscribo, ense autem multas primitias evertisti.
D Templa idolorum brevi tempore erigis, tres ter autem vivens in vita cicculos senex, abi in orcum duos linquens superstites,

EXPOSITIO.

EA fuit Selimi crudelitas, ut cum mortuus esset, & ei filius Solimanus successisset, (sicuti ostenditur in præsenti figura symbolo Regis) omnibus videretur, discessisse leonem ferocem, ursum, aut tygrim, & agnum mansuetum reliquisse, adeo juvenis Solimanus placidissimam nataram extriusecus ostendebat; in quo poitea multi decepti sunt, præsertim infelix Morea ostensa capite illo juvenculæ, quæ cum a jugo tyranni se liberaturam putaret, cum Gazelle se conjunxit, qui præter promissam fidem credens Syriæ dominium occupare, contra Solimanum progressus adeo profligatus est, ut infelix Morea facta sit adhuc infelicior.

Edit. Paris. pag. 190.

Vere fuit Solimanus rosa, id est, ver cum falce, id est cum messe: ideo dicit Epigramma B, Hic eaistens quartus ab ursa, *&c.* & in Epigrammate C, Falcifer, *&c.* Figura ista potest hoc pacto intelligi, quod cum fuerit Imperator Solimanus vir qui famam ostendere vellet vigilantiæ & prudentiæ, futurus erat, ut qui vadit ad messem falce parata, quasi dicere vellet, quod ipse existens messis, paucissimæ, aut nullæ jurisdictiones suo maximo imperio per successorem adjungi debebant: rosa enim apud Ægyptios humanam fragilitatem significat, & indicium boni fugientis; ideo antiqui in manibus defunctorum rosas ponebant & flores, atque super defunctum & sepulcrum spargebant; & sic rosa in manu Regis in præsenti figura indicium boni fugientis denotat. Potest etiam dici, quod Angelus, ut in figura aspicitur, prædixerit finem imperii, cum etenim dicatur in Epigrammate C, Falcifer trimestre tibi spatiam præscribo, quid aliud est quam dicere, post tuum imperium regnabunt tres Imperatores, & deinde finis erit totius imperii Ottomannorum.

EPIGRAMMATA FIGURÆ VII.

A B*LABH KALIKOS.*
B Hei, hei misera & ærumnosa civitas, siquidem miserabilem lucem tuam miserabilitet corrumpis. Plebs parvo tempore K obtinebit; in te multa cædes & profusiones sanguinis, non deficies ab undecima ætate qua orientis. Fe quinque primitiæ monarchiæ draconem dilaniabunt libectdem, & minutim discerpent hujus tenues carnes, & in bello gentem efferatam ense conficient infinitum numerum ad sex septem millia: flagitiosusque omnis, & cæde satiatus, mœchus, adulator, prædoque hanc supremam videbunt ante oculos lucem.

EPIGRAMMATA FIGURÆ VIII.

A T*ON B DPNONTON O TRITOS A.*
B Sub vulpina pelle amicitiam dissimulans, & fortiter animum continens, ut valde senex & sapiens, sed veniens ad insulas bis Eptataulos aliis dimissis qui invicem se atteriverunt.
C Et o effusiones sanguinis, tu victoriæ manus explicuisti benigne, & bravium adeptus es in fine sceptri.

Codin. de Orig. CP.

EPIGRAMMATA FIGURÆ IX.

A V*Æ tibi septicollis, quando vigesimum elementum faustis acclamationibus excipietur in tua mœnia, tunc imminet ruina & externa calamitas primatibus tuis, & hoc judiciam iniquitate.*
B Byzanti aula & penates Constantini. Roma, Babylon, & Sion alia nova. Tres ter centum & undeges annos, una nova Icade excepta, quando congeres gentium thesauros, & jura dabis cunctis circum philarchiis, sed te ignis summus genus flavum te omnem exuret, & tuum dissolvet imperium.

EPIGRAMMATA FIGURÆ X. *pag 191.*

O*Ptima quæque colligens & affligens præmium injustitiæ pessimum, quo tempore medium astrum visum fuerit nigricans.*

EXPOSITIO.

ISTIS quatuor figuris conspicitur ruina Imperii Ottomanni, ideo ostendit septima figura Constantinopolim depopulatam: quare Epigrammate B videtur civitatis ploratus, atque sic relinquetur vacua sedes Imperialis, sicuti videtur in nona figura; sed quando hoc futurum sit, ostendit Epigramma A ipsius nonæ figuræ, dicens: Væ tibi septicollis, quando vigesimum elementum faustis acclamationibus excipietur in tua mœnia, id est, væ tibi Constantinopolis septicollis, (ipsa dicta est septicollis, quia Constantinus Magnus, cum ibi imperium Romanum detulisset, distribuit etiam civitatem in eosdem ordines, tribus, & officia, sicut esset Roma ipsa quæ habet septem colles) quando videbitur vigesimum elementum in tuis mœnils, hoc est Tau vel Taf, quod elementum est symbologica figura sanctissimæ Crucis, & propter hoc habitatores civitatis coacti erunt se se in fugam præcipites dare, quod aperte dicitur in decima figura in Epigrammate A, ubi sic habetur: Optima quæque colligens, & affligens præmium injustitiæ pessimum, quo tempore medium astrum visum fuerit nigricans, id est, quando videbitur sol niger, hoc est, Christus contra istos Infideles iratus.

EPIGRAMMATA FIGURÆ XI.

A V*Ersus, quos Angelus Imperatori dicturus est.*
B Mortuus aspectu, solutus, norant multi, quamvis nemo videt ut somno excitatus continua sceptra Reginæ quidem occupabit.
C Præco inconspicuus ter magnum vociferabitur: abite confestim ad occasus septicollis, invenietis virum familiarem, meumque necessarium, ducite hunc in regiam domum.

EXPOSITIO.

RELICTA Imperiali sede vacua, ecce, dicit Angelus Epigrammate B, Mortuus aspectu, solutus, *&c.* quasi dicere vellet, ecce o Græcia, mortuus aspectu, & solutus, quem multi tuorum cognoverunt, quamvis non viderint; id est, tui eum fama cognoverunt, quamvis oculis non viderint, iste tamquam a somno expergefactus, statim sceptra Græciæ Reginæ occupabit; sed ubi vir iste repetietur, ostendit Epigramma C dicens, Præco inconspicuus vociferabitur, *&c.* Hujus possent fieri diversæ considerationes: dicit enim Epigramma, quod iste non erit in humana consideratione, & quod erit io occasu civitatis septicollis, & homo familiaris, id est, Catholicus & fidelis, & quod erit amicus, cum ex antiquo & nobilissimo sanguine proveniat. Hunc, dicet divinus præco, quæri-

te in occasu, & inter magnates; & quod (sicuti dicit figura) in somno quiescat, funebri & antiqua veste indutus, super duo triformia animalia; id est, quærite eum in occidente, non in oriente civitatis, quia ibi non erit; quem invenietis, ut supra, in somno tamquam mortuum quiescentem, hoc est, qui ex antiqua & regia stirpe originem trahat.

Edit. Paris. pag. 292.

EPIGRAMMATA FIGURÆ XII.

A *PEtram incolens, age huc mihi hospes, relictis lachrymis vitaque agresti & solitaria, & vive mortuus & afflictus, nudus rursus redi ad superos.*

EXPOSITIO.

VIDETUR in præsenti figura, quod dum requiritur vir superius dictus, ecce afflicta septicollis, quæ dolens versus juvenculam illam dicit, Petram incolens, &c. quasi dicere velit, ad me septicollem quæ in hac petra clausa sum, id est, in hac afflictione venias o advena, depositis lachrymis & vita solitaria propter jugum Maucmetanum, propter quem vivis afflictus, & tamquam mortuus: tunc respondet juvencula illa (quæ advenam & peregrinum regem ostendit) quamvis sis nuda o Constantinopolis, & rege spoliata, propter cladem quam passa es, redibis tamen iterum ad lucem, quæ lux nulla alia est nisi Jesus Christus, qui dixit, Ego sum lux mundi; ideo revertens, o civitas, ad Christianam religionem, Maucmetana expulsa, iterum lucida fies sub sole splendente Christi Salvatoris.

EPIGRAMMATA FIGURÆ XIII.

A *ECce rursus homo ex prima stirpe occulta in multos innumerabiles annos. Nudus prodit ex obscuro & tenebricoso tumulo, & secunda splendente vita incipit & venis. Imago rursus vitæ verissima.*

EXPOSITIO.

DECLARATIO 11. figuræ confirmatur demonstratione præsentis figuræ, dicens Epigramma A, Ecce rursus homo, &c. quasi dicere velit, ecce noviter unus qui trahit originem a prima stirpe tua, o Constantinopolis, sed occulta per infinitos annos, id est, cum transierit ex uno in alium per multa secula, & occulta in hominum imaginatione, qui nudus exit e tumulo, id est, qui primus ab antiquissimis stirpibus ad nova dominia exit, unde splendente secunda vita, id est, cognito quod sit (uti monstratum est) ex prima regia stirpe tot populorum, & tamquam resurrectus ad aliam vitam, id est, ad antiquum statum incipit cognosci, & iterum vivere ad verissimam vitæ imaginem, id est, ad principalem dominationem Regis & Imperatoris: ille autem homo ex antiqua stirpe cum debeat esse in occasu, potest intelligi quod debeat esse ex stirpe regia, antiqua Austriacorum, qui sunt in occaso septicollis.

EPIGRAMMATA FIGURÆ XIV.

A *EN lupum qui ovem cupiebat devorare, pastor occidet, & hominem inveniet.*
B *Sic perdet qui occupavit.*

EXPOSITIO.

pag. 293. Ex his quæ in superioribus figuris dicta sunt & ex præsenti figura, manifestum Ottomanorum excidium conspicitur; dicebatur in Epigrammate C 6. figuræ, Trimestre spatium tibi præscribo, per tres menses debemus intelligere tres Imperatores post Solimanum: hi autem fuere Selimus, Amurathes, & Mechemetes qui nunc imperat, & cum sit tertius mensis, per consequens erit finis imperii. Dicit Epigramma A præsentis figuræ. En lupum qui ovem, &c. Vere lupi vocari possunt Turcarum Imperatores, qui semper Christianos sub ovis figura ostensos persequuti sunt; sed Mechemetes propter multas clades quas in Transilvania mensibus præteritis & in Pannonia ejus duces perpessi sunt, nullo modo dedecus hujusmodi in primis imperii annis pati valens, tamquam lupus rapax, exercitus classesque parat, & omni nititur conatu Christianos devorare; sed pastor cujus sunt oves, eas ab ore suo liberabit. Hic erit sanctissimus Pontifex, verus omnium Christianorum Pastor, cui dictum fuit Christo, Pasce oves meas, qui proprio sumptu exercitum contra Turcas parat, ejusque exemplo cæteri Catholici Principes idem præstant; sicque ipsius pastoris opera, lupus ovem dimittet, & interficietur, & vacua relicta Imperiali sede, Pontifex hominem inveniet, qui sedet in ea, quæ dicitur in fine Epigrammatis A, Et hominem inveniet, id est, judicabit ipse cujus hominis ex regia antiqua stirpe nati (ut superius dicebatur) futurum sit imperium.

Dicit Epigramma B, Sic perdet qui occupavit: in his verbis clare ostenditur finis imperii Ottomanni; qui enim cepit Constantinopolim, fuit Mechemetes, vivens nunc Imperator Mechemetes vocatur: idem igitur Imperator nomine perdet imperium qui occupavit ipsum, quod etiam sed magis obscure habetur in tertia figura, in qua dicebatur de Mechemete qui Constantinopolim occupavit, in te initium & finis cornu est: clare igitur conspicimus finem Turcarum in hoc Mechemete; dummodo Catholici Principes, relictis inter ipsos dissensionibus, sub felici auspicio sanctissimi Pastoris, lupum orientalem persequi velint.

EPIGRAMMATA FIGURÆ XV.

A *VErsus Angeli ad Imperatorem.*
B *Suscipe donum, ne cessa senex. Optime Imperator, accipiens regnum persevera ad finem usque, & ad regnum pulchrum regnator; cætera ne veritus tempus: nam istud solum divinitus accipies.*

EPIGRAMMATA FIGURÆ XVI.

A *VErsus Patriarchæ ad Imperatorem.*
B *Vitam gloriosam & illustrem sortitus es ex ingloria, ex virtute felix existens: at qui non dolo optime tibi hæc gratia parta est, livorem animadvertens præjudicabis tibi damnum, non errabis absque certa sede, sorte tibi data.*

EXPOSITIO.

QUINTA-DECIMA figura ostendit Angelum coronam Imperialem in manu tenentem, quæ post Pontificis judicium dabitur homini reperto; & dicuntur ei verba Epigrammatis B: Suscipe donum, & quæ sequuntur. Sextadecima vero figura coronato Imperatore ostenditur, confirmato auctoritate sanctissimi Pontificis Patriarcha Constantinopolitano, habitu sacerdotali Græco induto, qui Imperatorem alloquens, dicit ei verba quæ in Epigrammate B habentur: Vitam gloriosam & illustrem, & quæ sequuntur. pag. 294.

Finis Expositionum Oraculorum Imp. Leonis.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ
ΤΩΝ ΟΦΦΙΚΙΩΝ

ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ,

ΚΑΙ ΜΕΓΑΛΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ,

ἃ διηρμηνεύθησαν κατὰ τάξιν.

EXPLICATIO
OFFICIORUM

SANCTÆ AC MAGNÆ ECCLESIÆ

juxta eorum ordinem:

AUCTORE INCERTO.

BERNARDUS MEDONIUS Tolosas Indicem hunc, nunc primum ex MS. Cod. præstantissimi viri KAROLI MONCHALLI Archiepiscopi Tolosani, edidit, in Latinum vertit, Notis illustravit;

Et Amplissimo Viro D. JACOBO DE MARMIESSE, *Baroni de Lussan, Regi ab Interioribus Consiliis, & in Augustiss. Tolosatum Senatu Præsidi Infulato, inscribit.*

CLARISSIMO PRÆSTANTISSIMOQUE VIRO D.

Edit. Paris. pag. 299.

JACOBO DE MARMIESSE,

BARONI DE LUSSAN,

REGI AB INTERIORIBUS CONSILIIS,

ET IN AUGUSTISSIMO TOLOSATUM SENATU

PRÆSIDI INFULATO,

BERNARDUS MEDONIUS S. P. D.

OFFICIORUM & Officialium sacræ Ecclesiæ Constantinopolitanæ Catalogum nomini tuo consecro, VIR CLARISSIME; *quem ut in Latinum verterem, auctor, sæpius etiam hortator fuisti: non quod ad earum rerum cognitionem, quæ in istis membranis multa barbarie pene sepultæ, atque obliteratæ jacebant, mea indigeres opera, quando humanitas tua vel majorem omnem barbariem excutit; sed ut hoc qualecumque labore, quem suscepturus eram, de te, simul & de litteris aliquo nomine bene mereri viderer. Utinam tam bene meus erga te amor, & reverentia publice pernoscantur; quam tua in me liberalitas, & adversus nomen meum famamque singulare tuum mihi studium perspectum est! Sed non ego adeo insanio, aut tali spe meis votis indulgeo, ut me tecum officiis contendere posse putem. Num enim ea confers tu in me, quibus non est mearum virium respondere? Gratias quidem eas vicissim refero, quas possum majores; at non hujusmodi, ut me ab ære tuo liberent. Quæ cum ita se habeant,* VIR SUMME; *atque in iis arte opus sit, quibus parum favet sors & fortuna: ex tibi nunc a me debitis usuris munus levidense istud, tamquam ex capite conflabo; ut ita honesto hoc nomine meam inopiam dissimulem. Quod si non ideo meis rebus consultum est; saltem id forsan consequar, ne adeo inficetus, ac rusticus videar. Sed quid opus arte, cum ingenui debitoris sit fateri creditori suo, modo ne animus desit, aliquando non esse solvendo? Quod ego tanto liberius facio, quanto certius apud me sentio gratissimi erga te animi mei plenissimam conscientiam. Hoc pacto tibi nunc offero meam opellam, hoc est quicquid in castigando hoc Indice, quo sub tuis auspiciis in lucem prodiret ornatior, contuli; vehementerque opto, ne labore meo aut industria, sed gravitate materiæ meam solum metiaris voluntatem. Etsi talia sint Officia isthæc, quamvis in Ecclesiæ Constantinopolitanæ decus & dignitatem constituta fuerint; ut non aliunde, quam ex solo vix, nudoque nomine pernosci possint; omnia, vel ipsa sacra prophanante barbarie; tamen non omnino tuo patronatu indigna mihi visa sunt. Splendidissimarum dignitatum lugendæ imagines, ne quod adhuc ipsis honoris superest, misere amittant; in te, qui non tam tua dignitate summus, quam ipsa per te summa est dignitas, omneis, utita dicam, spes suas ponunt. Hoc etiam ego pro illis a te beneficium efflagito; ut per tuam commendationem efficias; quæ in situ & squalcore latuere perdiu, nullo in pretio habitæ reliquiæ ne debitis honoribus & cultu suo diutius fraudentur. Debes hanc certe pietatem infelicis, heu ni-* Pag. 300.

mium , naufragantis Græciæ superstitibus aliquot tabulis , in tanta rerum perturbatione ac pene excidio, multum miseris, miserabilioribus tamen futuris ; si non illas apud te, hoc est, in tutissimo, placidissimoque portu, receperis. Volupe est, crede mihi, multis temporibus famosam, ac laceram navem spectare : nec oculis injucundum est , ludibria hæc temporum , rerumque humanarum aleam comtemplari · adde quod adhuc etiam medio in luctu & pulvere, Officialium istorum nomina , ac munera non omnino indigna sunt , quæ apud omneis aliqua sint auctoritate ; quamvis unum hoc vitium habeat paupertas , qua ultimis temporibus oppressa fuere ; quod ridicula omnia faciat. Verum ita existimant plebei homines , qui ex fortunis omnia æstimant: at non sic Heroes, magnæque animæ , quorum est proprium miseros tueri. Perge ergo, VIR PRÆSTANTISSIME*, esse tam apud exteros , quam apud tuos & familiares , patronum eximium, decus summum, atque ipsiusmet humanitatis delicias, meque tui nominis, & amicitiæ nostra observantissimum putare. Vale.*

LE-

LECTORI CANDIDO.

RECTE factorum conſcientia ab æquitate tua bene mereri confidant alii, Lector benevole; ego, non magno ingenio fretus, tuam a te tantum humanitatem poſco. Virtutem equidem amo illam in te, æquitatem nempe, quæ tibi debet eſſe peculiaris, ac propria; ſed quod altera magis nunc egeam, ne ſi æquius de his judices, durius de me ſtatuas; iſtam præcipuam ambio. De re nihilominus bene mereri animus fuit, nec tibi ingratam rem facere; cum in adornanda iſtius Catalogi editione, aliquantulum temporis inſumpſi. Quod ſi meus labor nil referat ex me, quod tibi gratum ſit; ſaltem referet præmium conſcientiæ, qua tibi gratificandi affectus fui. Sed quid diſputo? favebis tu præclare, teque temere mihi moroſum fingo. Quare tibi meas rationes, & quid præſtitum a me, quave fortuna hic demum codex exceptus fuerit, accipe. fuit ille unus ex magno numero exquiſitiſſimorum MSS. quibus Karoli Monchalli (at cujus viri, ſcientiarum omnium, virtutumque complexu cumulatiſſimi!) dives erat Bibliotheca. Ille, quod me ſingulari affectu proſequeretur, Catalogum iſtum ex vetuſtiſſimis membranis, in quibus manu græca hæc Officia conſignata erant, a me in uſus meos exſcribi voluit. animus ſtatim fuit opus in lucem edere; quo pro ſingulari beneficio, viro tanto non ſegnes, aut ignavas gratias rependerem: ſed fato variis occupationibus diſtractus, & quod ſummum eſt, atque infandum, morte tanti amici, opus abjeceram. Dies illa crudelis alios a me mores, ſtudia, & cogitationes poſtulabat: at lucem invidere *iſtis reliquiis*, non humanum erat. Quare dum ad id me accingo, inaudio ejuſdem operis unum eſſe apud illuſtrem virum quemdam in charta exaratum exemplar: ſubito gaviſus ſum, quod de duobus unum felicius conflari, aut ſaltem in melius reſtitui poſſe, ſi illius mihi tandem copia fieret, mecum augurabar. Nec fui malus augur: dum enim curioſius rem perveſtigo; ecce apud nobiliſſimum Pugetium in Senatu Toloſatum Senatorem, optatum Codicem invenio; & quia hunc favitorem ſemper habui, ſtatim re intellecta, mecum deferendum juſſit. Exoſculatus ſum tantam humanitatem, qua fit, ut nullus ad illum accedat, quin aliquo beneficio cumulatiſſimus ſit. Ego illi multum ſane obligatus ſum; imprimis quod ejus mihi ſemper pateat Bibliotheca, qua nulla ſelectior, ſplendidiorve in tota provincia eſt, quæque magis uſui ſit ſuo domino. Ex collatione igitur duorum codicum Catalogum tibi hunc propono, in quo plura caſtigavi, aliqua etiam notatiunculis declaravi; notatiunculis, inquam, quia licet uberiores habeam, malui tuo, quam meo labori conſulere; præcipue cum illuſtrium virorum PP. Gretſeri, & Goar lucubrationibus in Codinum, non melius fieri poſſe quicquam putem. Adhibe igitur tibi illos Conſiliarios, interim dum tuæ utilitati plena commentaria de Officiis Aulæ ſeorſum edenda paramus. VALE.

GLOSSARIUM.

A

Edit. Parif. pag. 304. AΓΙΑΙ ΘΥΡΑΙ.) Fores fanctæ, quamvis unica tantum : ex Allatio lib. de recentior. Græcorum Templis, pag. 128. Sunt ex Codino cap. 17. num. 37. ubi Patriarcham ftantem Imperator reperit : πλησιάσαντες δὲ καὶ τὴν συνήθειαν τ̃ ναὸν ἔρχονται μέχρι ἐ τῦ * σωλέα. οἱ μὲν ὖν ἄλλοι πάντες ἵστανται ἐκτός. μόνος δὲ ὁ Βασιλεὺς διερχόμενος τὸν * σωλέα εὑρίσκει τ̃ πατριάρχην ἱστάμενον εἰς τὰ ἅγια θύρα.

* σωλέων. * σωλέα.

AHP.) Apud varios auctores varia fignificat : nam modo Peplum, modo Sudarium, quo facerdos utebatur in Liturgia, de quo Meurf. item Velum quo operitur calix : pars etiam umbonis: Flabellum, de quo infra : barbaris Camifia eft, ex noftro *Chemife :* Salmafium vide, Not, in Lamprid. pluribus locis: hinc Camifiati, vel Camifati, de quo Gretf. in cod. lib. 1 cap. 14. Alias atque alias hujus vocis fignificationes, quæ hactenus ignotę erant, doctiffimus P. Poffinus exponit in Gloffar. Annæ.

ΑΛΛΑΣΣΕΙΝ.) De hujus vocis Græco-vulg. fignificatione, vide in rebus Grę corum peritiffimum p. Goar, in Codin. p. 71. fect. 28. & p. 85. fect. 22.

ΑΜΗΡΑΛΗΣ.) De hac voce, vide Gloffaria Meurfii, Spelmanni, Guilelmi Voatfii, & quod annexum eft Math. Parifio, p. 173. edit. Parif. Confule præter hæc, viri numquam fatis laudandi Gerardi Voffii lib. de vitiis fermonis.

ΑΝΤΙΔΩΡΟΝ.) Fruftula panis benedicti, ut ajunt, nos *pain benift*, pro facro pane : quemadmodum aqua benedicta, pro facra. ἀντὶ τῶ ἁγίων δώρων, vice communionis, de qua Balfamon in C. Antioch. ritum, quo in Ecclefia diftribuitur: habes in Euchol0g. P. Goar. Fuit olim quidam panis difpenfatoris appellatus, qui ex Fifco in porticibus templi difpenfabatur : quare vetus Perfii Scholiaft. difpenfatorium hunc panem, vertit, fifcalem : idem dic de vino fifcali; apud Vopifcum pag. 406. edit. Salm. hęc quamvis parum, aut nihil fere ad rem præfentem faciant, propter quam habent invicem affinitatem, libuit annotare.

ΑΝΤΙΜΗΝΣΙΑ. Altaria portatilia, vide Meurf. Jus Orient. Bonefid. pag. 21. & 175. in primis P. Goar in Codinum.

ΑΡΡΑΒΩΝ.) Idem quod Arrha Latinis; eft pignus futuræ emptionis, quod in nuptiis etiam locum habet, non fecus ac in pactionibus, & aliis civilibus contractibus : vox ab Hebræo potius, quam a Gręco derivata : ערבון Arabon, pignus, a verbo ערב, Arab, oppigneravit. ARRHÆ fponfalitię de quibus Tit. C. quas C. Theod. fponfalia dicit : hinc fubarrbare Canonicis : Græci recent. ἀῤῥαβωνίζεσθαι. Hefych. μνηστεύεσθαι, ἀῤῥαβωνίζεσθαι, μνήστωρ ὁ δὺς γάμω ἀῤῥαβῶνα μνῆστρον· ὁ τῦ γάμω ἀῤῥαβών. De his plura notatu digniffima apud Claud. Salmafium in Capitol. p. 254. Arrhę fponfalitium plerumque erant annuli : vide Cafaubon. in Capitol. De Arrhis, & Arrhabonibus iftis intelligit Plautus facetiarum omnium parens, in Truculen. ubi fervus dicit fcorto;

Tene hoc tibi ——
Rabonem habeto, mecum ut hanc noctem fies,
As. *Perii ! Rabonem ? quam effe dicam hancque beluam ?*
Quin tu Arrabonem dicis ? ST. *At facio lucri :*
Ut prænestinis conia eft ciconia.

B

ΒΑΙΟΥΛΟΣ.) ὁ μέγας βαίυλος. Mofchop. παιδαγωγὸς, καὶ παιδοτρίβης, ὁ λεγόμενος βαίυλος, qui Imperatoris liberos regebat : nos *un gouverneur* : Latini educatorem vocant τροφεὺς. Hincmarus epift. 2. ad Carolum Craffum, cap. 2. edit. Sirmondi : Regibus noftris maturos atque fobrios Bajulos fingulis conftituite. & alibi pag. 187. Ipfi autem Bajuli magnopere providere debent, ne fuper focios fuos fe extollant; (de filiis Regis) fed juxta Scripruram dicentem : Quanto magnus es, humilia te in omnibus, &c. Cedr. Θεοδόσιος ὁ Βασιλεὺς, Αντίοχον πραιπόσιτον, καὶ Πατρίκιον τ̃ βαίυλον αὐτῦ παπᾶν ἐποίησε.

ΒΑΣΤΑΓΑΡΙΟΣ.) Hefych. βασταγὴ, βάρος. hinc βασταγάριος, βασταγάριος, βαστάγιος, idem qui ἀχθοφόρος, φορηγός : Portio Romano, & Coron. præt. Ba-

julus, Bastagarius, vel Bastaglarius, leg. 8. Cod. Tit. 8 lib. 11. de Murileg. Æternam fiximus legem, ne umquam Bastagiariis militiam, vel suam, vel aliam deserre liceat; vel aliam, ante quam eam impleverint, subreptitia impetratione tentare. Bajuli munus erat sanctum, cui Ecclesia consecrata erat; hoc est quod vulgo dici soler, Patronum per ipsam Ecclesiam diebus festis humeris gestare. Obiter heic lectorem moneamus, difficillimum antea locum Marcell. lib. 14. de Bajulorum præcentore, qui diu ac semper Meurs. exercuit, ex Not. cl. Henr. Valesii, nihil habere difficultatis; exponentis Bajuli, Νεκροφόροι, Vespillones. Valesium ipsum lege, atque ejus eruditionem & ingenium mirare. Edit. Paris. pag. 305.

ΒΕΣΤΙΑΡΙΟΣ.) εἰς τὸ βασίλειον ταμεῖον, Codex Barbaro-græcus, ΑΒΣΤΙΑΡΙΟΝ apud Nicetam p. 98. A, E. R. ærarium est: alias & plerumque sumitur pro loco in quo vestes reconduntur. Glossar. MS. βεστιάριον παρὰ Ῥωμαίοις τόπος ἔνθα τὰ ἀναγκαῖα ἀπόκειται ἐσθής: Barbaris ex nostro Idiomate, guarda roba, ut apud Math. Parisium 444.

ΒΙΓΛΑ.) Glosi. MS. βίγλα φρυκτωρία. Hac voce usus Nicetas p. E. R. hanc habet Glossarium Cedreni.

ΒΟΥΤΙΣΤΗΣ.) Ex βουτίζω, immergo. Quid si βουτιστὴς, pro βαβτιστής; α, αβ, enim pro αυ promiscue ponitur.

ΒΟΥΛΛΩΝΕΩ.) Sigillo, nomisma appono, *le seau*, Græcis dictum χαρακτήρ: Latinis similiter figura figurare nummum Lampridio p. 126. edit. Salm. Nummos electrinos & aureos vultu Alexandri Magni figuravit. Nummo autem, aut Nomismate, quod idem est, obsignabant acta, sigillabantque: Glossæ veteres; μονίτα βουλλωτήνεται ἢ τὸ ἀρχέτυπον σφραγιστήνεται, μεθ' ὧν ὁ τῶν νομισμάτων τύπος ἐγχαράττεται.

Δ

ΔΕΚΑΝΟΙ.) Quid sint Decani, disce ex Vossio, Brissonio Glossar. Juliani Antecess.

ΔΙΣΚΟΣ.) Idem quod ΚΥΚΛΟΣ. De lance, vel disco dicitur: de illo Salmasius eruditissime in Trebel. Pol pag. 317. F. & 326. A.

ΔΕΥΤΕΡΕΥΩΝ.) Secundus cujusque ordinis.

ΔΟΜΕΣΤΙΚΟΙ.) Duo, alter dextri, alter sinistri chori. Errorem Citrii dicentis, Domesticum esse Ducem, Præfectum, aut quid simile, merito reprehendit Gretserus. ΔΟΜΕΣΤΙΚΟΣ. habet Glossar. ad Nicetam.

ΔΟΥΞ.) Dux: ΔΟΥΚΑΤΟΝ habet Anna Comn. lib. 13. *la duchè*. De hac voce Gloss. ad Cedr.

ΔΡΟΥΓΓΟΣ.) δροῦγγος dicebant ῥοῦγγος, pro ῥύγχος, quod est rostrum: sic, quia multidudo militum, quæ sic appellabatur, cuneatim, rostratimque pugnantium, fronte scilicet in angustum desineret. Drungos militum habent sæpius auctores Latini. Flau. Vopisc. pag. 239. Omnium gentium Drungos usque ad quinquagenos homines. Vegetius lib. 3. cap. 16. Drungos accipit pro hominum globo. Plura habent Glossaria Vossii & Rigaltii. pag. 305.

E

ΕΛΕΥΤΕΡΙΑΙ.) ἐλευθερίας vocant, manumissiones, quæ coram Episcopo solebant fieri, item privilegia, immunitates, prærogativas a Patriarcha concessas: estque idem quod in Anna Comnena lib. 13. ΑΝΤΙΛΗΨΙΣ in instrumento pacis confectę Baimundum inter, & Alexium Augustum. Liberalem gratiam significat, & concessionem clementem ac beneficam, ut ait p. Possinus in Glossario Annę. Fuit alias officium, dictum Comes & magister largitionum. Cur vocaretur Comes, exponit Salmas. in Poll. Not. p. 307. EF.

ΕΠΙΣΚΟΠΗ.) Tria significat, curam & Inspectionem, Episcopatum, & palatium Episcopale. Sic in Anna lib. 14.

Z

ΖΑΓΓΡΑΤΩΡ.) Zangratores ex Cantacuzeno lib. 1. ut vidit Gretserus: sagittarios esse milites liquet, qui arcu in pugna uterentur. Hanc vocem habet Gloss. Nicet.

ΘΕΜΑΤΑ.) Thematum varias significationes refert Bonav. Vulcanius in Const. Porphyrog. qui de Thematibus scripsit. Verba Vulcani de verbo ad verbum fere Gretserus repetit in Codin. lib. 2. cap. 5. de his Meursius, Rigaltius, Glossar. Cedreni.

ΘΡΟΝΟΣ Ἀποστολικὸς Κρήτης.) Quomodo & unde Græculus iste expiscatus sit Cretæ, sedem esse Apostolicam non video.

K

ΚΑΝΙΚΛΑΙΟΝ.) ΚΑΝΙΚΛΕΙΟΝ: Anna Comnena lib. 11. E.R. ΚΛΕΙΟΝ ΤΙΜΗ, Nicetas p. 40. E.R. de hoc, Glossarium habes in fine: hinc Caniclinus, idem, parum abest, qui Camerarius dicitur. Guntherus Ligur. sui libri 8.

— tempore servus eodem
Argolici Regis (Græci cognominis usu
Hic Canidinus erat ; nobis Camerarius idem
Esse potest) domino secreta fraude parabat ,
Sanguinis insidias .

ΚΑΤΕΧΙΖΕΙΝ. Barbaris catechizare: Math. Parisius p. 330. edit. Paris. Episcopus infantem catechizavit; legatus eumdem baptizavit. ΚΑΤΗΧΗΤΗΣ: consule super hac voce P. Goar in Codin. p. 14. num. 37. E.R.

ΚΑΣΤΡΗΝΣΙΟΣ.) Castrensis. ΚΑΝΣΤΡΙΣΙΟΣ: Codino, Ioh. Citrio, Turco-græc. quomodocumque legas, certe a Canistro voce Latina, barbara mutatione derivatur; quod alias multis viris, etiam eruditis ansam dedit peccandi. Κάναστρον Græcis barbaris Canistrum. Kanstrium idem est quod Vestiarium, locus, in quo vestes Pontificales asservabantur. Meminit Moschopulus, aut alius quisquis sit, auctor libri, cui titulus, Συλλογὴ Ἀττικῶν ὀνομάτων. Βεστοφράτης ὁ ῥάπτης: βεστιὰ γὰρ παρὰ Ῥωμαίοις τὰ ἱμάτια ἐξ οὗ καὶ βεστιάριον κυρίως ἐν ᾧ τὰ βασιλικὰ ἐνδύματα φυλάττονται.

ΚΑΛΑΜΑΡΙΟΝ.) Glossæ veteres, καλαμάριον, atramentarium: hodie ex Corona pretiosa: Καλαμάρι, μελανοδοχεῖον, Portio Rom. Καλαμάρι atramentum. Hac voce usus est Nicetas p. 382. E.R.

ΚΩΝΤΑΚΙΟΝ.) Placet heic proponere quæ de Contacio Claud. Salmas. Edit. Paris. pag. 307. Not. in Vopisc. 445. D. Κοντάκιον, inquit, est parvus κόνταξ. Κόνταξ autem est etiam diminutiva forma a Κόντος, & idem ferme significat quod scapus, quæ vox ea notione frequenter occurrit in recentioris ævi Græcorum scriptis. Codex quoque Latinis idem omnino significabat, nam codex proprie, idem quod truncus, qui Græce κορμὸς, & τόμος: atque hinc codex pro libro atque volumine: quæ vox videri posset deducta a Græco illo κόνταξ: κόνταξ, condex, & postea codex, extrita n. Porro heic Κοντάκιον est, quod dicimus rituale generaliter, seu Pontificale, quod tenet Hieromnemon, hoc est, ceremoniarum magister: alias & sæpissime nativam & primogeneam significationem retinet, hoc est, breviarium, breviculum, quo brevia Cantica contineatur: Κοντὸν nunc Græcis est, ut quidem me monuit Joannicius Kornarus Græcus, quod veteribus τὸ βραχύ.

ΚΟΝΤΟΣΤΑΒΛΟΣ.) Annæ comnenæ lib. 13. Κονόσταυλος: nomen dignitatis multiplicis, non singularis, ut hodie: sed quemadmodum sunt Mareschalli.

ΚΟΥΡΟΠΑΛΑΤΗΣ.) Evagrius lib. 5. cap. 1. τὴν φυλακὴν τῆς αὐλῆς ἐμπεπιστευμένος, ὃν Κουροπαλάτην ἡ Ῥωμαίων λέγει φωνή. Est autem Curopalates idem qui Castrensianus in cod. Theod. Rub. de Castrens. Sic dicebatur a castro quod erat aula; ut in vita S. Macedonii videre est: in Collect. Bollandi tom. 2. 24. Janu. pag. 597. Castrensiani, ministri Palatii, sive ab aula aulici. Castrenses ministros appellat Ælius Lamprid. alibi invenies Ministeriales, unde sine dubio apud nos vile illud ministerium, quod nominamus *un Menestrier*.

Λ

ΛΟΓΟΘΕΤΗΣ.) Gretsero, Rationalis: ejus munus est sigillandi acta Pontificis. Codin. cap. 5. ὁ μέγας λογοθέτης σφραγίζει τὰ παρὰ τοῦ Βασιλέως ἀποστελλόμενα προστάγματα, καὶ χρυσόβουλα. πρὸς τε Ῥῆγας, Σουλτάνους, καὶ τοπάρχας· καὶ τοῦτο μὲν ἴδιον τοῦ μεγάλου λογοθέτου ὑπηρέτημα. quale erat Logothetæ sigillum, quæve actorum subscriptio, docebit te P. Goar in Codin. pag. 12. num. 19. E.R. ex his Codini videre est, Logothetam cum Cancellario convenire: verum obiter notandum est, Cancellarium non esse dictum, ut vult Turneb. Adver. lib. 11. cap. 23. locum Vopisci explicans, quod ductis cancellatim lineis, acta vitiabat, & inducebat, sed quia intra Cancellos consisteret, quemadmodum videmus nunc scribas nostros, reticulis & Cancellis quasi munitos. Glossæ Basilicæ: Καγ-

κιγκλάριοι, οἱ ἐν κιγκλίδῳ ἑστῶτες. Similibus Cancellis olim claudebantur etiam advocati, ut liquet ex Gloss. veter. Caules, Cancelli, ubi sunt advocati: subodoratus est Salmasius, pro Caules, reponendum Canales. Denique legenda quę in histor. Aug. Script. annotavit clarissimus vir ille, ut præsentis negotii nihil te lateat.

ΜΕΓΑΣ.) Officiorum appellationi vox μέγας semper præfigitur, indicium certissimum male sanæ Græculorum ambitionis, qui cum nihil ad victum fere haberent, abstinere ab ventosis titulis non potuere. quam turpe pauperi, & male saginato τὸ μέγας! Super hoc Græcos rident Gretserus in Cod. & venuste omnino Dan. Heinsius Epist. ad Johan. Milandrum: similiter Rutgersius var. Lect. lib. 2. cap. 11. pro Græcis tamen pugnat P. Goar eodem loco Cod. contra Gretserum.

ΜΟΝΟΚΑΒΑΛΛΟΙ.) Equites μονοκαβάλλοι, unicum equum habentes: hi equites Singulatores dicti sunt, Isidor. lib. 38, & hi ad bellum; alii similiter dicti sunt alias ΜΟΝΟΚΑΒΑΛΛΟΙ, ΜΟΝΙΠΠΟΙ. Gloss. veter. qui unico equo currebant in Circo: quod etiam confirmatur ex Pausania apud Eustathium: Μόνιππος, ὁ ἐπὶ ἑνὸς ἵππου ἀγωνιζόμενος δρόμῳ. Edit. Paris. pag. 301.

ΜΕΤΑΛΗΨΙΣ.) Sacro-sancta Communio, cujus sacros panes in pixide, olim dicta ΚΙΒΩΡΙΟΝ, ut ex carminibus Theodori Studitæ apud Allatium, de lib. Græcor. 148. constat ex infinitis Typicorum locis, reponebant: nunc vocant ΚΙΒΩΡΙΟΝ: ἀρτοφόριον Euchology. καὶ ἀποτίθησι τοῦτον ἐν τῷ ἀρτοφορίῳ &c.

